




Prohemium de situ orbis

B







Eloquentissimi uiri domini Antonij Becharie ueronensis Procemiū in Dionysij traductionem de situ orbis habitabilis ad clarissimū physicū magistrū Hieronymū de leonardis.



Dionysij alexandrini philosophi cū nuper in libellum quendam concidissem: quem ipse hexametro uersu de ea parte orbis: quę habitabilis dicit: adolescēs admodum cōscripserat. Mirum fuit mi Hieronyme q̄ mihi prę ceteris placuerit illius summi & excellentissimi uiri ingeniū. Considerabam enim in hoc homine: non ea quę ceteri solent singularia quędam & prestantissima munera iudicare: qualia sunt: quę aut ad ualitudinem corporis pertinent: aut ad pulchritudinem: aut quę ad eius dignitatis statū & excellentiam sunt tradita: cum ea mihi uiderentur eiusmodi esse: ut cum partim a natura profiscantur: partim etiam a fortuna: neq; magis ab humana opera prouenirēt: q̄ diuina quadā benignitate & celesti dono mortalibus elargirentur: nō tamen ea esse licet amplissima: quę possent ueram homini laudem aut gloriam comparare: Cū neq; ea quę sūt insita homini

a



a natura. neq; etiā que a fortuna proficiscunt:
ullam prorsus promereri: ut nosti: laudē ui-
deantur. tametsi multa quoq; huiusmodi con-
secutus fuisse tradit: que inter cetera prestan-
tissima nature ipsius aut fortune munera non
inferiora pro sui excellentia & magnitudine
uideantur. Erat enim ex summis ortus paren-
tibus: neq; cuiq; nobilitate animi aut diuitiarū
copia cedere uidebatur. Sed erant alia quedā
longe ampliora: que me cogebant in eo uiro
non solum laudare: & recte quidem laudare:
sed etiam admirari: atq; id efficere: ut quantis
possem uiribus eniterer ne omnino huius-
modi uiri facta iacerent: neue inter grecorū
ruinas: quibus iam prope immerisa est patria
illa: hostium lapidibus aut telis obruerentur.
Que quidem cum sint eiusmodi ut non illa
mibi uiderentur aliunde comparata: sed po-
tius sua uirtute & industria animiq; magni-
tudine & prestantia cōquisita: existimaui nō
magis aliena dici posse q̄ sua: & propterea nō
a natura unq; repeti posse neq; a fortuna: sed
potius illum & naturam & fortunā singulari
studio & diligentia superasse. Omitto ea que
usq; ab ineunte adolescentia / summa semper
fide & integritate de se prestitisse traditur:

2

tametsi certo sciam potissima esse: a quibus facile occlusus ad ueram laudem aditus aperitur: cum huiusmodi in ea etate uirtutes non sint nisi quedam iusticie ipsius semina: que cum adoleuerint & ad perfectam peruenerint maturitatem: mirabiles pariunt ad ceterarum omnium cupiditatem fructus. Veruntamen nec ea fuisse fateor: que me tantopere afficeret de eo uito: & si prestantissima quidem ut erant & omni admiratione dignissima: & potissimum cum rememorarem illa multis etiam cum alijs uiris: qui ea etate floruerunt communia extitisse. Neque solum ipsum fuisse: qui tum eam laudis gloriam consequeretur: tum etiam cum ipse uirtutes uiderent quodammodo sua protsus mercede & gratia caruisse: postquam necdum effluxisset inter mortales. Vix illud & inextinguibile pietatis lumen: quod illarum gentium oculis iniectam caliginem detergeret/illustraretque: cum exorto tum primum manifestum esse coepisse homines intueri: & patefactas esse hominum insidias & dolos: quibus humanum genus quasi cathenis quibusdam irretitum/inexorabili seruitute detinebat. Vix illud me pre ceteris mouebat mi Hieronymenon quod ex sui natura maius esse in homine existimarem/quam ea que dixerim: sed quod mihi maiori

quadam admiratione dignū uidebatur. Nam cum esset ex summo loco (ut dixi) natus: & adolescens adhuc: in tantisq; educatus delicijs quantis alius quispiam potuisset: in ea potissimum ciuitate: que tum maxime omnium rerum affluentia & magnitudine ceteris omnibus anteibat. Tantam tamen addiderit huic uite felicitati aliarū artium doctrinam & cognitionem: ut longe ampliora ista q̄ superiora illa iudicarent. Ex quo euenit: ut crescente paulatim cum eius etate doctrina: ipsius etiā fama continue cū dignitate succresceret. Neq; minus esse quod conseq̄uebat̄ ab ipsa doctrina laudis & amplitudinis: q̄ & ceteris cōmodis glorię uirtutis. Accedebat etiam ad ipsius uiri laudem & admirationem: q̄ cum multa & uaria scripsisse constet: que passim diffusa gręcis hominibus legenda tradiderat: tanta tamen ea cum elegantia & dicendi copia & ubertate scripsisse dicitur: ut ipse non lingua locutus fuisse: sed manu omnia finxisse: tanq̄ phidias quidam: pro uolūtate uideret̄. Quod quidem potissimū fuit: ut & ipse hunc laborē non recusarem: atq; illum e gręco sermone in latinū conuerterem. tametsi eisdem me metri legibus quibus ipse astringi nō uelim: ut

liberiori cursu nostra p̄currat oratio. Feci enī
ut pictores solent: qui cū uelint alicuius per-
pulchri corporis habitudinem liniamenta q̄
deducere: neq̄ enim id facile possint ob illo-
rū mirabilē: nec sine armonia quadam ut ita
dicam concinnitate aptissimamq̄ membrorū
omniū compositionem: eam tamen nituntur
de se prestare: que saltem similitudinē quan-
dam & si nō proprietatem prę se ferant. Statui
etiam illum tibi dedicatum iri: quo nostram
iam inceptam beniuolētiam aliquo meo mu-
nere honestarem & crepundijs applauderem
filioli tui quem ipse paulo ante una cum prę-
sule meo ex sacro baptismatis fonte suscep-
imus: ut cum adoleuerit: habeat etiam ex me:
cum quo oblectetur ipse. & nostrę huic beni-
uolentię congratuletur: atq̄ illud in perpetuū
tanq̄ firmissimū quoddam mutue nostrę cari-
tatis pignus obseruet.

CAPVT PRIMVM

Lerra omnis cū ab oceano tanq̄
ingens quedam insula & im-
mensa pene circūualletur: non
tamen prorsus globea est neq̄
omnino rotunda: cum utrinq̄
ad solis semitā altius erecta caliginose cuius-
dam quasi nubecule speciē prestet. Hęc & si

Pręsul de quo lo-
quitur fuit Her-
molaus barbarus

Libya a libe dicta.
Europa a muliere
deperdita.

Asia

Fines inter libyam
& europam.

Fines europe: &
asie.

Tanais fluuius
Sauromate

Nilus fluuius

Caspiū & Euxinū
maria: terrā cin-
gentia.

unica sit: in tres tamē partes ueteres distinxe-
re illā: quarū quidē unam uoluerunt Libyam
dici a libe olim pdomitā: seu ab eo q̄ frigoris
rigiditate careat Africā. alteram a muliere de-
perdita Europā. tertiā quē ceteras magnitudi-
ne uinceret: Asiā. Libya ab europa fecernit:
ab uno quidē latere/ littore Gaditano. ab alio
autē hostio Nili: ea potissimū in parte: unde
borealis finus egypti porrigitur: & gloriosū
illud Canopi amiclei templū conditū. Euro-
pam uero ab asia Tanais flumen disiungens:
atq; ambarū fines utrinq; perlambēs in boreā
uersus p̄ Sauromatas in Scythiā usq; atq; ī me-
otidis paludem protendit. Ad austrum autē
uersus hellespontus primū extendit termini
signum: ac deinde hostium Nili: quod magis
etiā q̄ hellespontus ipse conspicit ad austrū.
Alij tamen dicunt terrā quadram esse: quē cū
ita gemino incingatur freto Caspio scilicet &
Euxino: grēci illam ut ceteras alias quē sunt
huiusmodi Isthmum appellauere: eamq; esse
quē utriusq; sine ac termino illidit. Fuerūt &
qui dicerent aliū Isthmū: qui in australem &
ipse distensus plagā: atq; Arabiē & Aegypti
perscindens sinū esse: qui ab asia libyā ipsam
seiungit. His itaq; limitibus cum uniuersa

tripartita sit tellus: nulli dubitandū erit quin
& ipsa ab oceano circūuallēt. Qui quidē ocea-
nus licet & ipse unicus sit: quēadmodū & tel-
lus: multis tamen ac diuersis nominibus tanq̄
uallū quoddā & distractū per partes corporis
distinguit. Prope enī loca extrema: unde ce-
phyrus spirat: & mons ille Atlas erigit: haud
ampli⁹ oceanus dicit: sed ab hesperia ulteriori
quā illidit hesperum mare: aut ab ipso monte
atlantico Atlanticū. At superius ad boreā ubi
ferocissime Arimasporū gentes tenent: cū sol
ibi tarde tepideq; illuceat ob ipsius a cursu di-
stantiā: & uallatā altissimis collibus regionē:
ex qbus caliginosis semper obtegit nubibus:
& obdurata inhorrescit glacie: quicqd ea loca
circūfluit oceani: a cōcretis undis glacialē pon-
tum appellāt: aut ab eo q̄ ibi fluctus interisse
uideant: mortuū mare. tum etiā q̄ sine motu
ppetue conquiescat: Saturniū. Vnde autē orit̄
sol: Eoum. Illud autē Indicū uocant. Ex quo
quidē statim illud ad austrū uersus effundit̄:
quod rubrū siue ethiopicū appellāt: ex ea ma-
xime parte qua uasta quēdā solitudo & inha-
bitabilis terre plaga cōspicit̄: ardentibus sem-
per caloribus exusta. Vex̄ ex hoc oceano mul-
ti quoq; ex omni parte finus erumpūt: qui cū

Hesperū mare
Atlanticum mare
Arimasporū gētes
ferocissime.

Pontus glacialis
alias mare mor-
tuum.

Mare Eoum: &
Indicum.
Mare rubrū. aliter
ethiopicum.

Pamphylia

Mare Saturniū

Hircanū mare

per mediū ipsius terre diffundant. nostri mediterranea maria: gręci uero κολλπουσ dixerunt. Ex his igitur sit ille primus quem diximus Hesperium uocari: quod ab extremis hesperie ac libyę defluens ad pamphyliam usque proripitur: Alter uero qui licet sit minor, superat tamen utilitate. Effluit enim ex eo mari quod diximus glaciale seu Saturnium appellari: ea potissimum ex parte: quę Caspia est: & turbulentus efflat boreas: atque illud efficit fretum quod dicitur Hircanum. Alij uero qui reliqui sunt: ambo ab austro dilabentes: qui superior est in persidem usque aduersus Caspium inuehitur, ac persicum efficit sinum: alter autem arabicum: quod quidem paulatim irrumpeus tandem in euxinum contrahitur: atque ex arabico in euxini ponti nomen commutatur. Sunt tamen & alij complures sinus: sed quoniam obscuri sunt nec ulla cum his utilitate conferendi. neque unquam a nostris sunt tentati: ideoque inter mortuos relinquendi. Vex his ita partitis redeundum esse ad eos censeo: quos supra quattuor existere commemorauimus: ut quales ipsi sint: quęue obseruent semitam: & quas inuident regiones lucidius declarent. Hesperius igitur sinus: ut ab oceano incipiam: qui omnes

amplitude ac longiori uincit cursu: cū mul-
tas gentes & ciuitates ac oppida illidat: mul-
tasq; circumfluat insulas & altissimos colles:
omnia tamen multarum rerum com meatu &
uarietate replet spargitq; ubiq; mirabilē uber-
tatem. Ipse enim est in cuius fronte columnas
illas ingentes ferunt ab Hercule uulgatissima
quondam fama confixas extitisse ad Atlantis
potissimum uerticem atq; ad Gadium extre-
ma: inter quas una adhuc cōspicitur: quę tota
enea est: ad tantamq; porrectam altitudinē:
ut transcendere nubes uideatur: atq; ipsum
quod mirabile est celum attingere. Hinc ma-
ris hiberici principium exoritur: & propterea
ad metam illam tanq̄ ad caput quoddam in-
sudasse Hercules dicitur: qui omniū illarum
gentium uictor euaserat. Ad id postea cū me-
dium interfluat libyę ac europeę fines: cogno-
scendi etiam utriusq; principij argumentum
prestat: cū columnę ipsę eo modo infixę sint:
unaqueq; ad littus suum posita: altera quidē
europam indicet: altera uero libyam siue afri-
cam. Tum uero cum in longum distendatur
mare: perfundatq; post gallię paulo littora:
tandem ad Massiliam usq; sinuosis fluctibus
in flectitur: ac pristino deinde amisso nomine

Vbi Herculis co-
lumne.

Vna ex eis enea
& altissima.

Mare hibericum

Massilia

Mare gallicum
Principiū Italię
Aufonię gentes

Mare ligusticum
a Liguria.

Leucopetra
Siculum fretum
Cyrnus. id est
Corfica.

Mare Sardinium
Tyrrhenū mare
Mons Pachynus
Creta.

Phestos & Gortyna.

Iapygia

Mare adriaticum
Ionium mare

Gallicū deinceps appellat. Postea uero p̄ liguriam dilabens unde Italia iam incipit oriri & aufonię gētes/ciuitatis illius per multas illidit: qua maxime ad boreā spectant: atq; inde etiā ligusticū a Liguria ipsa: quam lambit uocitat. Prorūpitq; inde statim ad leucopetrā usq;: que e regione posita Siculo abluit freto. Tū uero ad Cynū/que Corfica est: atq; inde ad Sardinā influētans ab ea statim Sardinū appellat. Deinde uero ad austrū uersus tyrrheniā radens Tyrrhenū uocat. Sed cū postea incuruet ad orientē solem/ & Siciliā circūferiat iniectā freto Siculū: trāssusūq; deinde Pachynū montē atq; ad Cretā usq; prumpens que ī amplissimo iam ipsius maris spacio inuoluit: confestim sacrā illā & religione & uenustate uenerabilem Gortynā ostendit: neq; minus ipsam Pheston & si magis intra cōtinentē sit sita: que quidē cū accliuis sit & retorta ad cuiusdā capitis arietini similitudinē: arietis illā caput incolę appellauerūt. Tum uero cū iam ad Iapygiā usq; reclinet: atq; inde ad boreā uersus dilatet sese: Adriatici cōfestim nomē adorit: ac rursus ad hesperiā citeriorem conflexus Ioniū efficit mare: ex quo geminę e cōspectu regiōes posite/statim aperiūt: Quaz altera que ingrediētib;

ad dextrā est sita: Illyrica dicitur. altera uero quę
ad sinistrā cōspicit: ipsa est Ausonia: Quę quę
cū & ipsa sit tanq̄ ingēs qdā Isthmus extēsa p̄
cōtinentē/ triplici p̄pe occludit̄ mari Tyrre-
no scilicet & Siculo: atq; hoc quod nup̄ dixi-
mus Adriatico: Quorū unūquodq; a suo uēto
deposcit motū: ut q̄ ad alienas mercant̄ regio-
nes; tuto possint e portu euadere. Nā Tyrre-
num çephyrū deposcit. Siculū uero agit̄ noto
& Adriaticū euro. Sed cū a Sicilia quod siculū
est: in libyā uersus irrumpat: meridianasq; in-
undet Syrtes: alterū statim incurrēs mare: &
si amplius sit illud & latius: totum tamē illud
euertere fūdit̄ uidet̄. Vex̄ quod interius est:
cū imbecillē habeat aditū/ alterius a longe ir-
rumpētis accipiēs fluctus/ tanto plerūq; cū im-
petu inuoluit̄: ut ex mōtibus siculis fluctus q̄
a creta p̄rumpūt/ rursus ad orientē uersus atq;
ad Salmonidos usq; uerticē relidāt̄: quē dicūt
sūmū ipsius Crete caput oriētalis: Sed tū ma-
xime hęc duo maria ita fremere ac concertare
inter se uidēt̄: cū impellūt̄ ab Ismarico borea:

Illyria: & Ausonia
regiones.

Tyrrenū çephy-
rum: Siculū notū
& Adriaticū eu-
rum uolunt.
Syrtes ad meridiē
posite.

Boreas Ismaricus

Pharium mare

Calis mons

Mare Sidoniū

Issica regio: & mare Issicum.

Pamphylia regio.

Aegeum mare fremens & stridens præ ceteris ac periculofum.

Tenodus

Angustum mare.

Bosphorum mare.

Vbi Io in bouem conuersa est.

per boream in interiora distenditur terre: atq; Issicam regionem illidens Issicum statim appellatur. nec inde multo longius apud Sicilia conuersum conquiescit. Tum uero obliquis reiectum in boream fluctibus: tanq; serpens quidam inflectens se: atq; in plures contorques sinus Pamphyliam lambit. Sed cum ad chelidoniorum usq; peruenit insulas: cephyri signum capit/summitate patareidos uerticis detegens a longe. At rursus ad boream uersus Aegeum efficit mare: cuius contracti exitus sparsis insulis fluctus adeo & ipsi plerunq; strident & fremunt: ut nullum aliud esse mare credatur quod maiores efferat motus: neq; periculosiores: neq; quod magis ab alto imurmuret. Tu uero ad Tenodum usq; progrediens tanq; ibi postremum infigat pedem: & tantę tedeat amplitudinis/ obliuiscaturq; eius ferocitatem/ in angustum delapsam alueum noua paulatim induit forma: & aliud sibi hac fortuna nomen acquirit. Nam neq; egeum amplius dicitur: neq; pamphylicum: neq; cilicum: sed angustum mare eousq; quo ad hostium Thracis bosphori peruenerit: quaq; ferunt Io Iunonis moecha cum in bouem fuisset mutata/ illius consilij enataste: unde & Bosphoro mare est appellatum. At ubi

7
primum in angustum illum alueum ingerit:
distractum paulatim ad boream / demū intra
uniuersam usq; propontidem irrumpt. Circa
quam prope ex asia gentes colunt sparse pas-
sim per continentem. Que tanq; Isthmus qui-
dam ad austrum uersus / late longeq; iniectus
per medium extenditur. Vez cum ad ipsum
applicuerit bosphorū / in angustiorem longe
se contrahens formam: angustissimum illud
omniū efficit fretum. In quo etiam mirabile
quiddam cōspici traditur: Impudentes qual-
dam petras p̄ medios fluctus errare: atq; intra
se cum sonitu & murmure coniungi copula-
riq;. Tum uero inde paulatim diffusum ad
orientem solem paulo post in amplissimum
distenditur equor. Non nullę etiam ipsius se-
mitę conspiciuntur: que partim ad orientem
uerse: partim ad boream inflectunt: que inter
duo eminent p̄ montoria ex una utraq; radice
porrecta. Quorum alterum ad austrum quod
uergitur Charambū appellant. Alterū uero
quod in boream flectitur / europam uersus / a
fronte hirta & retorta / arietis & ipsum frontē
uocant. Hęc etenim promontoria licet ad in-
uicē e regione posita sint: atq; a longe uideantē
de prope coherere: tantū tamē inter se distāt:

Quid mirabile

Charambum &
Frons arietis :
promontoria.

Palus Meotis ubi
Scythę incolunt.
Cimmerium bos-
phorum.

quantum posset in ueris tribus diebus nauis
percurrere. Tum uero inde cōscindi hoc ma-
re uidet̄ efficiq; persimile emicyclo cuidam:
atq; una quidem ī pontum dilabi: altera uero
in meotim distendi. Quod autem mediū est:
id certe charambidis est: cuius ad dextram re-
cta in pontum aperitur proficiscentibus uia.
A leua autē frons illa quę ab ea parte erigitur
signum in meotidem extollit: quę cum in bi-
cornem inflectatur formā: haud prorsus dis-
similem arcuum cornibus: nec perperam id
nominis est consecuta: neq; frustra etiam in
meotim ostendit: postq̄ illius undis continue
illidatur. Hęc est palus illa quā circū incolunt
Scythę: quāue ponti matrem appellant/ob id
maxime q̄ multa inde ī eum effluat aqua di-
stracta potissimum ex Cimmerio bosphoro:
atq; ex multis aliunde locis quę adeo ex omni
parte paludem replet / ut non possit intra sua
labra contineri. Circa quam multę quoq; ex
Cimmeria gentes tenent: quę sunt sub frigi-



(dissimo pede tauri posite.
Ostq̄ tripartita tellure: ac de
oceanī ipsius sinu & ambitu tū
etiā de illius finibus ac nomi-
num uarietate dixerim: Nunc

de terre situ ac forma dicendum deinceps ar-
bitror: & primo a libya: ut antea incipiendū.
Libya igitur ad austrum uersa & ad orientē
solem/mensē cuiusdam persimilis. a Gadibus
ubi summitas oceani altior conspicitur: initiū
capit: atq; in arabicum usq; protenditur mare:
eamq; regionē attingit: quę cum ad Asię ex-
trema posita sit: ethiopes partim quidē: par-
tim & Erembos parit. Hęc enim cum homi-
nes gignat uarij ingenij maculatos: ut pardi:
etiā gręci eam παραλαλην appellauerūt.
magna siquidem ex sui parte siticulosa est ad-
modum & aspera regio/nigrisq; passim quasi
quibusdā obtecta squamis. At reliquus ipsius
tractus: qui usq; ad Mauritanie extēditur co-
lumnas: longe humanior est & letior uberta-
te. Huic uero propinqui sūt Numidę: ac de-
inde Massyliorumq; gentes: a quibus ferunt
olim Massyliam conditam. Agreste quidem
hominum genus: quibus nulla esse prorsus
cognitio colendi agri dicitur: nec ullus aratri
usus: sed solum per siluas & saltus errantes
ferarum more glandibus & uenatione uesci.
Vex his proximi sunt Carthaginenses: quo-
rū ciuitas pulcherrimū in arcuat: quā ferunt
olim a Didone: cū ex phœnicia discessisset:

Libyę descriptio
Libya cuiusdam
mensę formam
habet.

Aethiopes &
Erembi populi.

Mauritanie co-
lumnę.

Numidę populi
Massylia urbs

Gens massyliorū
agrestis: cui nulla
agriculture inest
cognitio: & glan-
de uescitur.

De constructione
seu edificatione
Carthaginis.

Vbi adiacēt Syrtes

Neapolis ciuitas
inter Syrtes sita.

Lotophagi populi
hospitib⁹ benigni

Asbyste populi.

Templū libyci dei
inter arenas con-
ditum.

Cyrene ciuitas bo-
noꝝ equoꝝ parēs
Marmarideꝝ.

Getuli.

ad mensuram pellis bouine cōditam extitisse.

His deinde adiacent Syrtes: quę intra sūt con-
tinentem. Sed ad orientem uersus Asię con-
spiciuntur: longe ampliores difficilimiq; in-
festiores arenarum profusionibus: ubi etiam
estuante Tyrrheno cum cedere iam incipit:
tanta plerūq; conflata congeries conspicitur:
ut ingentes quędam moles illuc allatę a flu-
ctibus uideantur. Sed illarū inter prope me-
dium ciuitas una posita est: quam olim greci
Neapolim dixere: sed a Lotophagis habitatā:
quam quidem gentem ferūt hospitibus per-
benignā ac clementem extitisse: eamq; olim
errantem Vlyxem humane ac comiter exce-
pisse. Circa quorū regionem habitacula quę-
dam prope deserta cōspiciunt: perditis pror-
sus Nasamonijs: qui antea colebant ea loca: &
quos tradunt ab Ausonio Iouis filio fuisse in-
terfectos: cuius patrē contemnerent. His As-
byste adiacent intra maxime continentem: ac
templum illud uulgatissimum libyci dei me-
dias inter arenas conditum. Tum etiam Cy-
rene ciuitas bonorum quidē equorū parens:
ac Amycleorum hominū uetustissima sedes:
Iuxta quos Marmarideꝝ positi ad Aegyptum
uersus: & Getulorum gentes: atq; qui ipsis

adherent Negretes. Tum uero pharusij: nec
a pharusijs longe admodū Garamantes. Po-
stremi uero omnium Aethiopes ad ipsum
quidem oceanum coniecti ac prope extrema
temperie. Sed e regione ubi Blemij colūt: ru-
pes quedam exurgit: ex qua delabitur Nilus.
Qui cum ad ethiopes orientem uersus fluat:
ab eis Syrus est appellatus. Tum uero usq; in
egyptum dilabens cum ad Syenem usq; ciui-
tatē peruenerit: ab illius incolis Nilus statim
inceptus est uocari. Inde uero in boream uer-
sus multasq; tandem p̄ partes diuisus hostijs
septem ī mare deuehitur uniuersam irrigans
egyptū: ac eam undiq; replens mirabili uber-
tate. Nec profecto quispiam alius est fluuius
ī orbis parte: qui aut magnitudine: aut aqua-
rum copia: aut utilitate possit cū illo conferri.
Ipse est etiā qui terminus libyę est: atq; eam
ab asia seiungit: ad africam quidem seu ad au-
strum libyā relinquens: & ad orientem Asiā.
Ipsa est enim Aegyptus illa que semper sum-
mos uiros uarij atq; mirabilis ingenij p̄duxit.
Aegyptios enim primos fuisse tradit: qui ui-
uendi formam morumq; disciplinam presti-
terunt: primosq; omniū aratrum inuenisse:
& sulcasse terram: ac iniecisse semina ferunt.

b

Negretes
Pharusij
Garamantes &
ethiopes populi.
Blemij populi
Ortus Nili: qui &
Syrus dicitur.

Syenis ciuitas.

Nilus septē hostijs
intrat mare.

De laudibus Nili

Libyam ab Asia
diuidit Nilus.

De laudibus egypti
& egyptiorū.

De forma egypti

Thebe centū por-
tas habens.

Ciuitas ab Alexan-
dro condita. id est
Alexandria.

Tum etiam primos: qui celum radio fuerunt
dimensi: & solis ipsius cursum obliquum ex-
cogitauerint: Quiq; hanc primū terre cogni-
tionem aperuerint. Ex quibus omnibus ipsa
regio haud mediocrem laudem est consecuta.
Neq; preterea ulla alia est: quę illam rerum
omnium ubertate superet: neq; quę ad pabu-
landū sit fertilior: neq; quę uincat illā edifi-
ciorū excellentia & magnitudine. Forma enī
ex ipsius extremis constat lateribus. Ampla
quidem ad boream uersus: sed ad orientē an-
gustior: porrigiturq; usq; ad Syenes decliuū:
uallataq; undiq; binis montibus: quorum per
medium diffluit Nilus. Ipsa est quę olim plu-
res clarissimos ac prepotētes peperit uiros: ac
tot principes extulit: & potissimū quod uetu-
stissima illa Thebe centū quidem per portas
digesta in gloriosissimā lucem protulit. Vbi
olim ferunt Memnonem illū regem perspi-
cacissimū suā ex orientē auroram sepius salu-
tasse: quę ut eos aluit: qui Heptapolim me-
diterraneam colunt: & qui ad littora australis
maris Serbonida paludem uersus sūt admoti:
ubi ad cephylum sita est ciuitas illa: quę olim
ab Alexandro Macedonum rege fuisse con-
dita dicit. ubi etiā templū illud extat mirabile

Iouis Sinopitę famosissimū quidem: atq; pre-
ciosissimis uarijsq; metallorū generibus ela-
boratum. Quo ferunt nullum unquā in terris
uisum maioris excellentię/ neq; maiori admi-
ratione dignū: nec ullam ditio-rem ciuitatem:
neq; omnibus in rebus fortunatiorem. Vnde
a longe quoq; uenientibus speculę illę uulga-
tissime conspiciunt speciosę Pallenidis. Tum
uero ad orientem uersus iuxta Cassiotidis ru-
pem/ Pelei oppidum erigitur: Cuius incolas
ferunt adeo nauigandi peritos: ut a ceteris li-
bycis non humani sed diuini iudicentur. Sunt
enim ad hostia positi septēplicis Nili. Alij sūt
preterea passim populi & gentes q̄ plurime in
ipsa regione: quorum quidam ad oceani lit-
tora sunt reiecti: Quidam etiam intra conti-
nentem; qui illam multitudine & edificiorū
excellencia replent. Permulti etiā circa Trito-
nidis lacus ripas colunt: qui per mediū quoq;
libyę dilabens in pontum usq; perfunditur.



Situs Europe *CAP. 11.*

Equitur nunc Europe situs:
cuius quidem forma non mul-
tum a Libya differt: nisi q̄ ad
septentrionē uersa: rursus ad

Templū Iouis

Speculę Pallenidis

Rupes Cassiotidis.

Oppidum Pelei:
cuius incolę na-
uigandi peritia
clarent.

Ripę Tritonidis
lacus.

De forma Europe

Hiberi populi elatissimi.

Britanni & Germani bellicosi.

Saltus equinus

Boia regio unde dicta sit.

Montes Pyrrhenei

Celte populi

Eridanus fluuius

De sororibus Heliadibus in arbores conuersis.

orientem eodem modo reflectit & finem attingit australis libyę: atq; ambo in Asiam eque se habent. Hęc quidem extremū ad boream uestigium tenens: illa uero ad austrum. Verū ut de eius apertiori forma dicamus: Ipsa eiusmodi sita est: ut in eius frontibus quasi cuiusdam coni figuram facere uideatur: cum ad occidentē solem exacuat q̄ maxime: & ad orientem uersus amplissime dilatat. Id eque ipsius fines quales sint & quorsum progrediantur: quas ue. ipse gentes & nationes intra cōtineat facilius aperietur. Itaq; a supremo ipsius latere incipiam: quod usq; ad Herculis columnas protenditur. Hiberi primi ea loca tenent: genus quippe hominū elatissimū. Tum uero ad boream uersus Britanni occupant: deinde Germani: quorum corpora cum & sint candida & perpulchra: bellicosi etiam sunt a natura: eamq; maxime regionē tenent quę circa equinum saltum est sita. Nec longe Boia emergit: regio lata & diffusa. atq; a bouine pellis similitudine sic appellata. Deinde ad Pyrrheneos montes uersi usq; ad Eridani fluenta Celte colunt: ubi ferunt Heliades sorores dolore afflictas Phetontis fratris interitū tam diu deplorassee: ut mortuę omnes in alnos

tandem arbores lachrymantes adhuc conuerterent: earumque lachrymas a Celtis ipsis qui ea circumhabitant loca sepe numero emungi: cum in aureum uertantur electrum / & tanquam lapides durescant. Deinde uero sequitur Tyrrenia: ubi ad orientem alpes incipiunt extolli: ex quibus nimirum Rhenus amnis latissimus exoritur. Sed primo quam ad Tyrreniam transuehar: primo mihi dicendum erit de Rheno ipso & quorsum protendant eo uersus ipsius Europe fines. Rhenus igitur cum ex alpibus illis erumpat: Germanos primo a Celtis intersecans / in borealem usque oceanum amplissimo alueo decurrit. Sed prius quam mare attingat ex eius fontibus intra Sueuos procreans Istrum uniuersam prope regionem illam mercatoribus nauigabilem reddit. Hic enim Ister cum ad orientem uertitur: multis alijs infusis fluminibus conualescens: spumofus tandem & obtectus caligine prope Peucen per quinque ingentes alueos in Euxinum proripitur. Qua se ad boream reflectit: multas ac uarias nationes irrigat: quousque ad ostium peruenerit Meotidos paludis. Nam germanos primum perlambens: Sarmatas deinde secat. Tum uero Getas ac Basternas inundans: qui ad oceanum sunt

Tyrrhenia

De ortu Rheni
fluij

De ortu fluminis
Istri: qui & Danubius appellatur.

Sarmate. Gete
Basternę.

Daces. Alani. &
Tauri populi.

Melanchleni. Hip-
pemologi. Neuri
Hippopodes. Ge-
loni. & Agathyr-
si populi.

Borystenes flu-
uius.

Aldescus & Pen-
ticapes fluuij ex
Rhipeis monti-
bus oriuntur.

Vbi oritur Electrū

Vbi orit' Adamas.

Gerrę. Norici.

uerſi: Dacibus facultatē adauget, neq; minus
ad Alanos & Tauros præterfluens omnibus
nauigandi per continentem facultatē præſtat.
Qui quidem Tauri/excelſum illū qui Achil-
lis curſum inhabitantes: anguſtum ſane terre
ſpaciū licet oblongū, ad paludis uſq; ripam
pertingunt: quibus cōtermini ſunt ipſi quos
diximus Alani: quorum regio equorū mul-
titudine exuberat. Sed his cū admoti ſint Me-
lanchleni & Hippemologi, tum etiā Neuri
& Hippopodes, ac deinde Geloni & Aga-
thyſi: mirum eſt q̄ innumerabili uariarum
gentium multitudine replent undiq; illā pro-
pe extremam europę partem. Vnde Boryſte-
nes fluuius dilabens e conſpectu arietis fron-
tis directeq; aduerſus Cyaneas in Euxinū di-
mergitur. Inde & Aldeſcus quoq; & Pentica-
pes ex Rhipeis dilapſi montibus immurmu-
rant: Quorū fluenta cum glaciali appropin-
quant pelago (Nam eo uerſus deferuntur)
ſplendidiffimū quoddam deducunt Electrū:
quod haud quāq; diſſimile rutilāti lunę uidet̄
cum primū incipit oriri. Pariunt & Adaman-
tem lapidē. Sed cū Agathyſos lambit: nam
ex omnibus magis obnoxij ſunt boreę: ceterū
ad austrum Gerrę tenent & Norici: tum etiā

Pannonij & Mysi & Thraces: Sed Mysi magis q̄ Thraces ad boream uertuntur. Qui quidem Thraces late per amplissimā regionem diffusi / partim ad latus Propontidos maris conlunt: partim ad Hellespontum coniecti: partim etiam ad Aegeū tenent: ubi circa excelsa mellifluę Pallenę Asterius lapis gignit haud dissimilis flagranti stellę / aut exurenti flammę: a qua stellę similitudine uocatus est. Sunt & alię q̄ plurimę gentes sub hac cęli parte cōstitutę: quę omnes circumhabitant Istrum: atq; ex eo non mediocrem nauigandi commoditatem aucupantur: quorum nomina superfluum esset aperire. Reliquū erit igit: ut nunc de alia Europę parte dicam: quę tribus extensa marginibus usq; in orientē progreditur. Eam enim partim Hiberi tenent / partim Greci / partim Itali. Verum ultimus Hiberię terminus oceanum lambit: ubi potissimum una ex columnis conspicitur a libe iniecta: quam infra Tartessus mons erigitur: cuius regio copiosa est admodum & fertilis. Huic Cempsi adherentes ad Pyrrhenei usq; montis radices tenent. Hinc uero sequitur Italia: quam mons quidam elatus admodū & extensus ut statera per medium secans: atq; illam

Pannonij populi
Mysi & Thraces
populi.

Hellespontus

De Asterio lapide

De alia parte Europe.

Hiberi.

Greci. Itali.

Columna a libe iniecta.

Tartessus mons

Cempsi populi

Pyrrheneus mons

ab omni latere circumsepiens / miro quodam
ornamento & insuperabili prope munimine
uallauit. Nullus unq̄ architectus cum uiderit
poterit negare q̄ extiterit Minerue opus / ad
regionis illius decus & munimētū: quo quasi
corona præcingit. Illum incolę Apœninū uo-
cant: qui ab alpibus illis inchoans: qui citerio-
rem galliam ab ulteriori separant / septentrio-
nem uersus in Siculum usq; protenditur fre-
tum. Multę intra incolunt gentes ac permulti
populi: quorum nomina haud facile possent
a nobis explicari. Verū primi sunt Tyrrheni
ex ea maxime ipsius parte quę intra boream
& çephyrū est sita: quibus gentes quedā pe-
lasgę quas. q. ex Cylene ī Italiam traijcientes
cū ipsis Tyrrhenis illic ferunt cōsedisse. Pro-
ximi his sunt Latini gloriosū hominū genus:
soliq; ubertate ac ingeniorum excellentia fe-
cundum: cuius per mediū decurrens Tyberis
uniuersamq; illam irrigans regionem a pro-
pinquo tandem mari placidissimo sinu apud
Hostiam excipitur / fluuius quidem ceterorū
omniū princeps & imperator: qui clarissimā
illam & præpotentem interfecat Romam no-
strorū regum domiciliū atq; omniū aliarū re-
gionū caput. Huic uero proxima est Cāpania

Mons Apœninus

Tyrrheni populi

Pelasgę gentes

Latini gloriosum
genus hominū.

Tyberis fluuius

Hostia

Roma

Campania

regio læta: atq; omnium copiosissima: ubi &
ædes uisunt pudicę Parthenopes: quã dicunt
ex freto illo benignissime fuisse susceptam.
Ad austrũ autem uersus sub Sirenidis colle
flumen cõspicitur Surrhentini Silari: quem
iuxta Lucani & Bretij tenent usq; ad Leuco-
petram partim gentes. Inde uero ad boream
ubi primũ çephyri sũmitas eminent Locri po-
siti: Qui cum olim in Italiam ex Attica con-
cessissent: ferunt eos loci amœnitate captos cũ
indigenis hominibus amicitiam & societate
coniunxisse: ciuitatemq; ibi conditam suo no-
mine appellasse. Quorum adhuc extat genus
prope Alecis fluminis decursũ. Tũ uero Me-
tapontini adiacet: nec longe ab eis circa Sarũ
flumen Crotonę florentissimũ conspiciunt op-
pidum: Vbi gloriosum illud lacinię Iunonis
templum conditum extat: atq; infelix Sybaris
deplorasse dicitur ob iratũ Iouẽ aduersus ipsius
ciues: q; fuissent admodum debacchati in Al-
phei sacris. At Samnite deinde positi: intra
magis continentem: atq; Marsi: qui uelocitate
pedum plurimũ ad cursũ prestant. Tarentini
uero ad littus reiecti: ibi oppidũ tenent: Amy-
cleorũ olim interitu cõditũ: Quibus p̄p̄inqui
Calabri Iapygũ .q. gens: quę quidem usq; ad

13
Aedes Partheno-
pes.

Collis Sirenidis

Lucani. Bretij.

Leucopetra

Locri populi

Alex fluuius

Metapontini po-
puli.

Sarum flumen

Crotona oppidũ

Templũ Iunonis

Sybaris

Samnite populi

Marsi populi

Tarentini populi

Calabri unde orti
sint.

Hyrtus.
Principiū Hadria-
tici maris.

Aquileia
Tergestini
Liburni populi

Bulimei

Illyrici
Ceraunij montes
Monumēta Cad-
mi & Hermionę
uxoris.

De portento co-
lumnarum.

Thracia
Horitia

Hyrtū protendens: quod mari adiacet. Vnde
Hadriaticū fretum iam incipit ad Aquileiam
atq; Tergestinorum oppidum cōtrahi: quod
ad extremū ipsius positum est. Sed ad orientē
cum inde se inflectat: Liburnoꝝ primo littus
lambit: ac deinde uniuersam illorū regionem
illidit: uastis oppressam tenebris: quantacūq;
est: quę adiacet Isthmo. Bulimeorum quoq;
perfricans margines per imensum statim dif-
fufum alueum extenditur ac Illyricos primū
irrupit: atq; ad Ceraunios usq; altissimos mō-
tes inuertit: qbus in locis monumenta quedā
in spiras contractas uisunt: quę ferūt Cadmi
& Hermionę uxoris eius extitisse: qui cū am-
bo iam decrepiti essent: ac lōge admodū con-
fecti senio: ab Ismeno illuc cōcessissent: ibi in
serpentes fuisse mutatos. Vbi etiā aliud con-
spicit mirabile. Nam duę utrinq; cōfixe sunt
columnę: quę quotiēs aliquid iminet aduersi
uicinis hominibus: ambe statim inter se col-
lidunt: ut cōflictari uideant. Ad austrū uero
uersus sub ipsa prope Thracia: supraq; Hori-
tiam gręcię tellurē: pars illa: quā Helladem
uocant: initiū capit ascensu quidē difficili: ac
duplici pelago periculosa. Nā egeo & siculo
freto: duobus pręterea agitur uentis: quorum

alterum appellant Hesperium siue Siculum: qui & cephyrus est: alterū Eurum qui efflat ab Aegeo. Deinde sequit̄ Pelopis insula que & pelopōnesus dicit̄: cuius quidē forma haud longe distat a platani folio. Nam lata est ab initio: & in acutū limitē protendit̄. A sūmo enim Boream uersus angusti cuiusdam quasi Isthmi uidetur figurā prefferre: atq; cū Hella de mutuo firmari ac coniungi uestigio. Valatur tamen ex omni reliqua parte maritimis fluctibus: ubi ad cephyrum uersus Triphylios tellus sita: iocundissimis Alpei undis abluitur: qui quidem cū intercidatur fluente Messenij Eurotę ambo non ex mari aliquo uidētur effluere: sed ex imis nasci terre ipsius uisceribus. Verum Alpeus Clitorum terrā secat. Eurotas autem per Amycleos dilabitur. At circa insule medium intra conuallem sub Erymanthi scopulo Arcades tenent. Vnde & Melas amnis & Crathis & Iaon fluunt: Tum etiam antiquus ille Ladon exoritur. Proximi uero his argiui & Lacones: quorum regio altera quidem ad orientem spectat: altera ad austrum. Huius autem Isthmi latera gemino constat pelago collidi. uno quidem ad occidentem uersus: altero ad aurotam: quod

Pelopis insula: que & peloponnesus dicitur.

Alpeus, Messenius & Eurotas amnes.

Scopulus Erymanthi.

Arcades populi. Melas. Crathis: & Iaon fluuij. Argiui & Lacones populi.

Sacronida loca

Attica regio

Ilifus amnis

Boetes

Theffalia & Ma-
cedonia.

Epirus

Aetolia

Achelous fluuius
habens arenas
argenteas.

Echinadę infule

Oppida Cephal-
lenorum.

Phocis

Mons Parnafus

Zephisus fluuius

Phitonis tellus

De delphico dra-
cone.

usq; ad ea loca cōtrahit que Sacronida uocāt.
Vex e conspectu ipsius Isthmi: quem pelo-
ponnesum diximus: ad eam partē uersus que
ad orientē spectat: posita est Attica regio cla-
rissimorum hominū & excellentissimorū in-
geniorū parens & nutrix: quam diuinus ille
Ilifus amnis perlabit. Vnde dicunt olim Bo-
ream suam Orithyiam rapuisse. ubi Boetes
siti & Loctis. Tum uero Theffalia & mace-
donia ea in parte emicant: unde Emei Thraci
niuosi uertices conspiciuntur. Sed e regione
ad cephyrum Epirus Dodonea late admodū
longeq; distendit: & ad austrū Aetolia: cuius
per mediū Achelous amnis fluens in Trina-
crię usq; fretum argenteis arenis dilabitur in-
fulas illas secans: quas Echinadas uocant: qui-
bus proxima sunt Cephallenorū oppida. sed
ad orientem uersus Phocis est sita: atq; in bo-
ream uersa usq; ad Thermopylarū hostia sub
niuoso potissimum Parnasi uertice proten-
ditur: Cuius per medium cephisus amnis e
rupe defluens propinqua arua perpetuis fon-
tibus irrigat. Tum uero Phitonis sequitur
tellus miris quibusdam & inconfuetis odo-
ribus fragrans: ubi draco ille Delphicus ad
Ditripodes intra parietes templi prostratus

15
iacet adhuc multis horrendis squamis: ubi fe-
runt Apollinem ipsum quotiens ex Mileto
aut ex Claro insulis proficiscebatur, plerunq;
insidere consueuisse: atq; eius illic deaurate
pharetre uincula dissoluisse. Hec erunt igitur
que de Europe regiōibus & situ dicere q̄ bre-
uissime potuimus.

De Insulis Europe 111.



Nunc de ipsius insulis antea di-
cere cōstituimus: q̄ ad aliā acce-
damus terre partē: que ambas
alias prope magnitudine am-
plectit. Itaq; ut inde incipiam:
unde etiam Europa primum extulit caput: &
columnę illę Herculeę infixę: eam a libya re-
liquoq; iniecta oceano seiūgit: Gadira prima
nobis occurrit. Ea enim cū a phœnicibus olim
extitisset: qui Herculem colebant: ab eis etiā
Gadira est appellata: Antea uero non Gadi-
ra sed Continissa ab hiberis dicebatur. De-
inde Gymnesię insule sequuntur: ex quibus
que propinquior est, Bausus appellatur. Re-
liquę uero geminę sunt & a gręcis Baleares
appellate a fundarum iactu: quibus homines
ipsi maxime utebantur: quarum altera que
maior est Terraconam ciuitatē habet: altera

Gadira

Bausus

Baleares

Terracona ciuitas

Barcilona ciuitas
Sardinia
Cyrnus. id est
Corsica.

Hippota rex
Aeolides insule

Plocie a grecis
dicte.

Trinacria. id est
Sicilia.

Pachynus

Siracusanorum ciui-
tas.

Pelorus

uero que minor Barcilona contra potissimum
septentrionem uersa. Tum uero sequitur Sardi-
nia: atque Sardinie uicina Cyrnus ambe prope
e regione ad hostiam sitae: ex quibus altera que
Corsica est: longe est quam reliqua aditu superior
cum praeruptis admodum collibus & densissima
uallibus silua: sed ambe soli ubertate & nascentium
copia spectatissime. Deinde apparet in-
sule alie in gyrum posite: que cum olim ab ac-
cola Hippota benignissimo in hospites rege
inhabitate extitissent: ab eo etiam Aeolides sunt
appellate: Quem quidem ferunt ob ipsius ani-
mi uirtutem: quam constat piam & clementem
fuisse: id quoque a dijs ipsis consecutum: ut non
solum earum insularum quas septem fuisse tra-
ditur: sed etiam uentorum principatum & imperium
acciperet: quecumque undique nauigabili freto con-
tinerentur: A grecis quoque sunt Plocie cogno-
minate. Sed his nulla uicinior est quam Trinacria
que & Sicilia dicitur e conspectu Italie posita:
ac tribus famosissimis promontorijs munita:
quorum unum Pachynum dicitur: qui mons ad
orientem solem spectat: & gloriosam illam Sy-
racusanorum ciuitatem sub pedibus tenet: ma-
ximum olim tyrannorum domicilium. Alterum
uero Pelorum uocant: qui ad boream uersus

italiam conspicit: cuiq; Messana proxima est.
 Lilybeū autē tertiū aduersus cephiri erum-
 pentis impetum uidetur protus insurgere:
 cui etiam ciuitas adheret eiusdem nominis.
 Vex ex Peloro quod ad Italiam conspicit: na-
 uigatio illuc nimirū perniciosissima efficitur:
 cum angustus sit admodū limes & sinuosus:
 nec sine uehementi impetu intercludat mare
 Ibi enim uastis absortum speluncis: quas ab
 Eonio Neptunoq; incisas ferunt: horrendis
 plerunq; mugitibus fremit. Sed ex Sicilia ad
 austrum uersus transitus est in libyam: & ad
 alterius Syrtis initium: Altera autem facile
 conspicitur: si quis retorserit se ad Italię lit-
 tora. Huius uero e conspectu gemine insu-
 le uisuntur: quarum una Menix dicitur: al-
 tera Gortyna: que portum in libyam pre-
 stant. Verum ad sinistram in adriatici sinus
 atq; ad Iapygiam uersus / insula emergitur:
 que olim a Diomede condita / ab eo est etiam
 Diomedea appellata: quo ferunt Heroem
 illum fortissimū seuiente tum pelago: cum
 captiuis hiberis deuectum: ibiq; confedis-
 se: consilijs captum Aegialeę deprauatissime
 mulieris. Deinde ad orientem uersus lon-
 ge ille tractus aperitur insularum Absyrti:

Lilybeus

Fabula

Menix

Gortyna

Diomedea insula

Liburnides

Ampracię insule
Corcyra

Nericia tellus:
Vlyxis patria.

Aegyla. Cythera
& Caluaria.

Carpathos
Creta

Ida silua famosa

Vbi Minos im-
perauit.

Rhodos colonia
Ialisyorum.

quo quondam homines ex Colcho profectos
irrupisse dicitur: dum fugientē Medeam pro-
sequerentur. Ac deinde Liburnides sitę. Ad
austrum autem uersus / post Ceraunij mon-
tis prerupta / insule quedā obijciuntur: quas
Ampracias uocant. Tū etiā & Corcyra cōspi-
citur / insula fertilis & copiosa: ac ueteris illius
Alcinoi clarissima. q. & spectatissima regio:
Cui maxime adiacet Nericia ithace tellus op-
tatissima / & ipsa olim Vlyxis patria: Cōplu-
resq; alię passim conspiciunt: quas Achelous
annis a Chalcide fluens / circum perfundit &
irrigat: Multę quoq; alię ad boream uersus:
quarum una est Aegyla: & Cythera altera: &
Caluaria reliqua / atq; ad aliam conuersa par-
tē que respicit ad occidentē Carpathos: Nec
longe ab his sita est Creta insula perpulchra
& fecunda / nutrix. q. Iouis magni: ac frugum
ubertate & pascuis copiosissima: meracissi-
moq; inundans uino: in qua Ida famosissima
quidem silua exoritur referta fragrantissimis
cupressis. Ciuitates habet complures & pro-
uincias nōnullas: quibus antea senex ille Mi-
nos imperitabat. Huic deinde obiecta est Rho-
dos insula: & ipsa ab egyptijs. q. condita & Ia-
lisyorū pulcherrima colonia. Verū ad orientē

uersus Chelidonię site: Tres enim sunt: atq; Patareidos obiectę uertici. Tum uero & Cyprus intra Pamphylię sinum sita/ gratissima olim regio ueneris Dioneę. Nec löge a Phœnicia posita est Dyados intra ipsius amplissimū spacium : ac in conspectu Suniados collis supra abbantes Salamina conspicit : & Aegina: ubi mirabilis quedam Aegei maris altitudo apparet: tametsi innumerabiles pene i eo insule coniecte : que miro quodā inter se ordine ita disponuntur: ut arte potius q̄ natura cōstructę uideantur. Procedunt enim usq; ad Hellepontum: in quo quidem a leua potissimum ubi europa conterminat/ Sestos est sita: & Abydos a dextra illi prorsus e regione posita; ad alteram partem ubi & Asia incipit extense ambe in boream. Sed ad Europam uersus Macris erigit̄ ab Abantibus olim condita. Tum etiā que maxime uentis infringit̄ Scyros ac Peparethos. Nec longe ab his Lemnos Vulcani. q. regio: & antiqua illa Thasos/ cereris cultrix. Tum etiam & Imbros: unde statim Thracia illa & peruagata emicat Samos uetus olim Lyrbantū colonia. Que uero primam Asię frontem tenent & circumfistunt Delon: ab ea circuitione Cyclades a gręcis sūt

Chelidonię
 Cyprus
 Pamphylia regio
 Phœnicia
 Dyados
 Salamina
 Aegina
 Aegeum mare
 Sestos.
 Abydos.
 Macris
 Scyros. Peparethos
 Lemnos Vulcani
 regio.
 Thasos cereris
 cultrix.
 Imbros.
 Samos
 Delon. Cyclades.

Ionides. Caunos
& Samos.
Chios
Lesbos. Tenedo.
Melas & Colphus
amnes.

appellate. Vex omnes Apollini dedicate sacra illi & choros agunt nouo potissimum instante uere atq; eo tunc cum incipit e montibus luscinia canere. At insule ipse sparse passim uisuntur intra pelagi ipsius confine sinu tanq; quedam in tranquillo ac sereno celo stelle constitute. Quibus propinqui sunt Ionides: ubi & Caunos est: & Samos ipsa gratissima olim Iunonis pelasgidos sedes. Tu etiam Chios sub excelsi Pelmei montis radicibus posita: ac deinde Aeolidum insularum rupes Lesbos scilicet & Tenedo e medijs erigunt fluctibus: ex quibus Melas & Colphus amnes in hellespontum dilabuntur. Inde uero ad Boream uersus propotidos maris fluctus undiq; aperiuntur & dilatantur: ubi ad aditum prope Euxini maris ad Sinistram uersus / alia quedam conspicitur insula famosissima quidem olim sedes maximorum Heroum. Nam ferunt ibi Achillis animam ac ceterorum fortissimorum hominum inter montium illius precepta uersari: huiusmodiq; gratiam tales uiros a dijs dono ob eorum uirtutem consecutos: ut immortales efficerentur: cum ipsa uirtus immortalis sit: & immortalem consequi gloriam sit necesse. Eam enim ob id q; pecora omnia candido

uellerē pariat: greci Leucam appellauerunt. Nec multo ab ea longe alia quēdam erigitur: ampla quidem & magno quodā dimenso tractu: quē in Cimmerium bosphorū recta nauigantibus uia prę cęteris occurrit e regione Meotidos paludis ad dextram sita: Ea enī est ī qua condite sunt Phenagora & Hermonassa ciuitates: quas & qui condiderūt Ionij colūt. Sed hęc sūt omnes insule ille quę intra hęc mediterranea maria fama & celebritate aliqua potuerunt ad cognitionem nostram peruenire. Verūtamen quę in amplissimo coartantur oceano: cum sint cōplures neq; magnitudine neq; fama nostris inferiores: eas prętereundas esse silentio indecorum fore iudicauī.

Rimū igitur de illa dicam quę in medio Athlantico sita a grecis est Erythea uocitata: cū perpulchra sit illa quidē & armentorum copia refertissima: tantaq; aeris benignitate prędita: ut homines pariat continentissime ac pene immortalis uite: cum diutissime uiuant. Eam uicini ethiopes q. incoluere: quos ferunt illuc concessisse interempto ab Hercule Geryone. Sed ad sūmū Europeꝝ uerticem: quem sacrum incolę uocant:

Leuca. *libiragloH*

Phenagora & Hermonassa ciuitates
Ionij populi

Erythea

Hesperidū insule

Britannorū insule

De ipsarum lau-
dibus.

Hibernia

famosissime ille Hesperidū insule conspicuntur: Quas non frustra fabularum est aurea poma produxisse: cum plurimo auro ditissime sint: atque omnium prope metallorū genera pariant. Eas uicini quoque hiberi tenuerunt. Nec longe ab his admodum sed magis ad boream uersus Britannorū insule uisunt contra potissimū Rheni hostia: amplissime quidē: & que ceteras omnes magnitudine superant: neque quauis alia diuitiarum copia aut armentorum multitudine & uarietate aut hominū genere inferior. Ibi enim stanni & plumbi & multiformis eris materia ex terre uisceribus quae facillime eruitur: Auro etiā & argento plurimum pollent. Inter cetera que pariunt armenta/pecudes habent tam mollissimo indutas uellere ut ad aranearū similitudinem tenuitatemque facile contrahi possit. Equos producunt quae plurimos haud ineptos ad laborem. Sed que magis ad occidentem uertitur: cum primam eius frontem ad hiberiam conuertat: ab hiberis & ipsis olim habitata Hibernia uocitatur. Ea longe copiosiores equos parit: atque eos eiusmodi: ut non uideantur nisi quodam suauissimo incessu deambulare a natura didicisse: ac cum quadam quasi modulatione progredi

more regio. Massam terream gignūt: sed ad
 mixtam sulfure ad carbonū similitudinem:
 qua fabri ferrarij & uniuersa ea regio: tū etiā
 quę finitimę sunt: maxime utuntur ad incen-
 dendos ignes. Gentes habent ferocissimas &
 aptissimas bello: quę cū pulchro sint corpore
 & elato mēbrisq; robustissimis ac colore can-
 dido: ingenio quoq; & facilitate linguę plu-
 rimū pręstant. Extant & alię nō longe ab his
 insulę sitę cultrices q̄ maxime Bacchi: in qui-
 bus Ammitatum mulierum olim clarissimo-
 rum uirorū coronatę hędera pendentibusq;
 corymbis intra se quasi cōmotę furore quo-
 dam concitant: atq; cū ingenti clamore elato
 bacchum uociferantes/noctū ipsi deo sacra ex
 ritu perficiunt. Haud enim sic in ripis Thrai-
 cij Absynthi Bistorides cōsueticiū bacchū
 proclamant. Neq; sic indi pueri apud Gangē
 tripudiant stridentes sonoro cantu: quemad-
 modum ibi mulieres illę Bacchum celebra-
 tes obstrepūt deo: ac saltantes uota persoluūt.
 Nec multo etiam ab his longe erigitur: quę
 ultima dicitur Tile: ubi cū sol ardens ad polū
 articū diuertit: tanta perspicuitate perlucent
 noctes ut quousq; ad austrum redierit: pares
 prope cum die esse uideant. Inde uero si quis

Insulę cultores
 Bacchi.

Tile

Chryſia

Taprobana

Vbi elephantes
nascuntur.

Mirabilia de Cetis

ad Scythiam uerſus nauigans & ad orientem
inflexerit nauē: Chryſia quę eſt altera oceani
ipſius inſula inueniet: in qua ſol quoq; pu-
riſſime emicat. Tū uero ſi conuerterit ſe e re-
gione ad meridiē: ſtatim illi occurrit Tapro-
bana pergrandis & ipſa quidē inſula: & mul-
tis uariarū rerum diuitijs referta: multorūq;
qui inde in Aſiā tranſſerunt procreatrix ele-
phantū. Dedicata enī eſt potiffimū Veneri:
atq; illi ſua perſoluūt uota. Nam ſupra illius
caput cancer: quod eſt ardentiffimū ſidus: cō-
tinue p̄ gyrū circūuertit: eamq; prope regio-
nem adurit. Cetas habet paſſim p̄ littora ua-
gantes: quę ī mari primū rubro depaſte: illuc
ſe ingerūt: animalia ſane monſtruoſa & tan-
tę magnitudinis: ut colles quidam littoribus
aduecti uideant. Quoꝝ dorſū longo ſpinarū
tractu exaſperat: inſeſtiſſimę admodū pueris
ſi quis deambulando p̄ littus occurrerit. Neq;
quiſpiā alius ſi uiſus fuerit potuerit facile ex
earū faucibus effugere: cū adeo deformis eſſe
hyatus ferant: ut cū hominibus ipſis nauem
ſepenumero deglutierint: quod proſecto nō
alia euenire ratioe hominibus credendū eſt:
niſi ob noſtra delicta quę uoluit deus huius-
modi quoq; monſtris expiari: cū ī hac miſera

erraremus uita. Extat p̄terea alia insula Ogyris ab Aeolis appellata: uetus quoddam Erythracis regis monumētū / e regione carmanidos promōtorij sita: a qua si quis ad boreā diuerterit: & ad Persicū mare / Icarū statī offendet: ubi tauro polite Dianę templū cōspicit: mirabile quidē ob uetustatem: sed mirabilius singulari quadā rei nouitate. Nā inde semper quidā exhalat fumus sine ullo p̄sus adhibito igne: putridus quidē atq; infestus admodū accedentibus. Sed hęc sunt insule ille que etiā fama aliqua intra oceanū occludunt: Et si nō inficior passim etiā cōplures sitas esse: quarū quedā intra libycū sinū posite: quedā etiā intra asiaticū: tū & circa Europeꝝ decliuū ac intra oceanū ipsū: quarū licet nō nullę habitabiles sint: & gratissimū plerūq; nauigantibus portū p̄stent: tamē quia ignobiles perstiterūt: nec satis a nostris perspectę: nō solū mihi difficile fuit: sed etiā superfluū uisū / earū nomina & situm aperire. Dicam nūc igit̄ de Asia.

Ogyris

Icarus

Templum Dianę
ex quo semper
exhalat fumus
sine igne.

Sequitur de Asia *CAP. IIII*



Erū Asię formam cū alij aliam esse dixerint: illud tamen certissime cōstat eam sibi cuiusdā conij imaginē induxisse. Nam

Colūne Dionysij

Ganges fluuius

Nyseum littus

Taurus mons

Euxinum mare

Pamphylia

cum ab amplitudine tanq̄ a latissima quadam
basi: eius aditū incipiat: deducit̄ tamen pau-
latim & ad extrema usq; protendit̄: ubi Dio-
nysij thebigine columnę conspiciuntur sitę:
ubi & Indi: qui extrema illa occupant: intra
sūt montes positi. ubi & Ganges candidis un-
dis per latissimum alueum in Nyseum usq;
littus deuoluitur. Ea enim cū a monte Tauro
diuidatur: que ceterior est: neq; illi superiori
par esse magnitudine dicitur: neq; etiā forma
consimilis. Ipsa est enim que influentē pontū
habet: atq; in ea ipse principatū tenet. altera
uero que amplior est multum interfunditur
oceanō: qui ternos fluctuosissimos ebulliens
Persicum mare: tum etiam & Hyrcanum &
Arabicum facit: Quorum hij duo ad austrum
uertuntur: Alius uero distenditur ad boream
& africanum fretum aduersus Euxinū: ubi in-
numerabiles prope incolunt gentes: cū inter
utrunq; ingens quidam Isthmus: & amplissi-
ma terrarum spacia contineantur. Vex mons
ipse Taurus: qui uniuersam (ut dixi) per me-
diū disiungit: a Pamphylia incipiens ad In-
dos usq; protenditur: Qui quidem cum non
nunq̄ altius erigat̄: ac eius capita recuruet q̄si
quędam reflexa boum cornua: qui ad saltum

21

erigerent: ab ea similitudine Taurus est ap-
pellatus. Ex eo infiniti pene fontes & flumi-
na exoriunt: quorū quēdam uersus boream
dilabunt: quēdam meridiem petunt: quēdā
etiam ad eurum & ad cephyrū conuersa: cum
ob uarias regiones quas interluunt: uaria etiā
sint nomina cōsecuta: haud facile esset omniū
appellationem aperire. Id enim curē sit eorū
maxime qui illa circūhabitant loca. Solū illud
dicendū a me erit: quē flumina quē uē gen-
tes sunt illē: quē fama aliqua potuerūt ad co-
gnitionis lucem peruenire. Meotē igitur &
Sauromatē cum superiorem Asiē partem oc-
cupent: quē ad boream conspicit: primi etiā
mihi occurrunt: ut eos ceteris in hoc ordine
preferam. Ipsi enim sunt qui Meotidem pa-
ludem circūhabitant ex Amaçonum. q. semi-
ne (ut dicitur) procreati. Nam ferunt cū illē
a patria profugissent: atq; e conspectu Ther-
modontis fluminis castrametate fuissent: cū
Sauromatis ipsis se cōmiscuisse: ut qui ex eis
progeniti fuissent: forent uiri fortes: & belli-
cosi euaderent: atq; eos deinceps ita perman-
sisse traditur. Vastam quandā & pergrandem
siluam inhabitant: densissimis passim arbo-
ribus consertam: cuius per medium tractus

Meotē & Sauro-
matē populi

Ex Amaçonū se-
mine procreati.

Tanais fluuius
Asiā ab Europa
distinguit.

Caucasus mons

Scythia

Mirabilia de fri-
gore.

Sidi. Cimmerij
Cercetij & Oretę
populi.

Tanais intra propinquam paludē dilabatur. Ipse est enim fluuius ille : qui etiam ab Asia Europam distinguit ; cum ad occidentem Europam relinquat : & ad orientem Asiam. Ex eo fontes complures & riui scatent : qui per Caucasum dilabentes intra illius saxa & conualles imurmurant. Sed qui amplior est per Scythiā diffusus multoq; inflatus borea : immensam illuc conuehit glaciē : infelicesq; illos facit qui uicina incolunt loca. Nam quotiens spirante borea frigus inoleuerit : totiens interire præ oculis aut equi cōspiciuntur aut muli : aut armenta ipsa gelu ipso contrahi : & errantes passim per siluas pecudes supremū uale decantare. Nec homines quoq; tute intra contacta & obstrusa domicilia cōsistere posse. cū & ipsi una cum eorū armentis prorsus interirent : nisi obseruata tempestate cum occlusis curribus ad mitiores regiones effugerēt : & suā furenti boreę patriā relinquerent. Huiusmodi sūt igitur : qui circa Tanaim regionē sunt sortiti. Verū qui Sauromatis propiora tenent loca Sidi uocantur. Tum etiā & Cimmerij : & qui Euxino adhaerent ponto : Cercetij quoq; & Oretę : & quos ferunt quondam a Xantho & Abideo Simeonte post debellatā Troiam

illuc una cum eorum duce: aduersis uentis:
 Acheis depulsis: quibus proximi sunt Enio-
 chi & Zigij: qui & ipsi olim illuc ex pelasgis
 sunt deuecti: deportatos fuisse. Deinde uero
 ad extremum ponti Tyndarideꝝ positi: ac de-
 inde Colchi qui Caucaſo adherent / olim ex
 egypto profecti / ubi ipse quoq; Caucaſus iu-
 xta Hyrcanum fretum altissimis collibus ex-
 tollitur: ex quibus quidem Phasis fluuius di-
 labens Circei tergum uersus in Euxinum de-
 flectitur. Exoritur tamen ab initio ex mon-
 te Armeno / qui inter orientem & boream
 tractus Isthmum quendam facit: qui Cas-
 pio & Euxino mari occluditur: quem iam
 pridem Iberes illi occuparunt: qui quondã a
 Pyrrheneis montibus profecti in eam orien-
 tis partẽ irruerunt: homines profecto bel-
 licosissimi: & uicinis Hyrcanis infestissimi:
 cum quibus iam antea atrocissima gesserunt
 bella. Tum & Tamariteꝝ positi: qui olim bac-
 chum ab Indicum uictoria redeuntem non
 solum exceperant hospitio / sed etiam solem-
 nia illi sacra constituerant / agitantes chore-
 as circa torcularia: quoad spumarent musto.
 Accingebantur enim cingulis ex cotio: indu-
 tiq; damarum pelles / oe bacche quasi infani

Eniochi & Zigij

Tyndarideꝝ & Col-
 chi populi.

Phasis fluuius

Mons Armenus
 Caspium mare

Iberes populi.

Tamariteꝝ qui bac-
 cho choreas circa
 torcularia ducunt.

proclamabāt. His uero de prope Caspiū allūdit mare: Quod spero facile descripturum: si modo id mihi cōcesserit deus: nō ut qui procul illius semitas cōspiciam: neq; q̄ unq̄ illuc me traiecerim: aut uiserim illius situm & formā: aut ut pleriq; consueuere: qui nullam aliam felicitatē existimāt q̄ plurimas circumeundo diuitias accumulare: quo sibi aurū aggregent polluceantq; undiq; margaritis: ac preciosis eorum atria lapidibus exornent: cum non ea mihi a parentibus relicta sit mercandi disciplina: sed ut ille: quem usq; ab ineunte adolescentia litterarū studia erudierūt: quibus euenit: ut quę etiam remotissima sunt: tanq̄ presentia intuear: atq; omnia mente & cogitatiōe sine ullo prorsus errore possim facile metiri.

De Caspio mari



Aspij igitur maris forma huiusmodi est: ut maxime in gyrum & circulem ambitū flectatur. Ab oceano enī qui Scythicum littus ad boream illūdit: exoriri certissimum est: unde per inculta ab initio & deserta diffusum loca in austrum per longas angustias extendit: donec dilatātū paulatim & in amplissima contractum spacia

Caucasi montis radicibus inherit. Est enim illius usus nauigabilis ac perutilis admodum omnibus anni temporibus: preterq̄ in mensibus tribus: quibus efflante borea tractus oceanus uehemēti aduersus impetu insurgit. Parit enī multa precio & admiratione digna. Nam ex eo pre ceteris que inde asportantur crystal- lum quoq; & Iaspis preciosus lapis: qui cū ci- cerei sit coloris / inimicari q̄ maxime dicitur uanis imaginibus ac terroribus nocturnis. Gen- tes circū habitant innumerabilis pene multi- tudinis. Sed ut ab eo latere incipiam: quod ad boream uergit: primi eminent Scythę: & illi potissimum qui ad Saturniū mare inuertunt prope Caspij ipsius hostiū. Tum uero Vni: ac deinde Caspij ipsi & Albani: quoz omniū mores feroces sunt a natura: belliq; auuiditate perciti. Cadefij uero intra asperos montes po- siti / uicinos habent Mardos: & deinde Hyr- canos & Appos: quos Mardus fluuius inun- dans ac placidis discurrens fluctibus: Derce- bios quoq; & Bastras irrigat medius inter utrunq; dilabens / in Hyrcanū tandem mare proripit. Verū Bastrę eam regionē incolunt que ad pedes adiacet Parnasi. Dercebij autem ad alteram siti Caspianis fluctibus excitatur.

Vbi nescit crystal-
lū & Iaspis lapis.

Scythę

Vni. Caspij & Al-
bani populi fero-
ces & apti bello.

Cadefij

Mardi. Hircani &
Appi.

Mardus fluuius

Dercebij & Bastrę
populi.

Massageteꝝ populi.
De uita & moribꝫ
Massagetarum.

Chorasmi
Sugdia tellus
Oxus fluuius
Homolus mons
Saccę populi sagittandi usu periti.
Iaxarta fluuius

Tochari. Phurij. &
Seres populi barbari & sine disciplina: qui in textura uestiu araneas superare ferunt.

Post quos ad orientem uersus trans Araxem Massageteꝝ positi: quorum studiũ est ut continuo sagittandi casu cõterantur: infestissimi admodum hospitiibus: neq; cũ uicinis populis ullam seruare diutius amicitia neq; fidem possũt. Frumenti ac uini usum prorsus ignorant. Bibunt enim lac cũ equoru admixtum sanguine. Tum uero magis ad boream uersus Chorasmi tenent: quibus statim Sugdia succedit tellus: cuius per mediũ Oxus dilabens: Homolo monte a tergo relicto: qui Caspiani decurrit. Saccę deinde tenent potissimũ circa ripas Iaxarteꝝ fluminis positi: populi & ipsi sagittandi arte peritissimi: & adeo continuo usu eruditi: ut nõ uideant posse a quouis alio uinci neq; adęquari. Turpe enĩ admodũ iudicarent: si quis eius sagittam in cassum emitteret neq; feriret signũ. His deinde Tochari admoti sunt. Tũ & Phurij & Seres gentes prorsus barbare: nec ullius doctę discipline: neq; ullius rei studio aut cultui deditę: sed tantũ per deserta uagantes flores quosdã eas legere dicitur: quibus uestes sibi uarijs coloribus intingunt: urticę potissimum floribus confimiles: easq; sibi ipsis mira contexũt arte: atq; in ea referũt eas etiã araneas superare. Sũt etiã & alij

ex Scytharū genere complures populi: quoz nomina & mores prorsus incognita perstite- re: cū ad eos difficillimū aditū fecerint asperi- tates locorum: & aeris illius inclementia: atq; asperrimi rigores: qbus regiones ad extrema coniectę cōtinuis prope tēporibus infestant.



Hae sunt igitur gentes illę quas dixi circa Caspium ad boream occupasse. Dicam modo de ijs que ad occidentē uersę a Colchide citra & Phaside usq; ad maris Euxini littora insidere: que ue usq; ad Traiciū ubi Chalcidos tellus est sita ptendūt Byceres igit erūt primi: atq; his proximi Bechyres & Macrones: ac deinde Phylires: qui ciuitates & casas ligneas quas olim sibi condi- derant adhuc tenent. His adiacent Thibareni prestantissimi ouiuū cultores. Tū etiā his assi- dent Chalybes hominū genus durissimū: qui quoniā eam sunt regionē cōsecuti: que nulli est prorsus ob ariditatē apta cultui: in ea quā didicerūt arte mirifice profecerūt. Nunq̄ enī in elaborando ferro parandisq; ad bella armis a malleis neq; ab incudibus uacant: totaq; illa regio fumo contecta ardere igne uidetur: & ferramentorū structuris ictibusq; in horrere.

Byceres. Bechyres
Macrones. Phyli-
res populi casas
ligneas habitātes
Thibareni optimi
ouium cultores.
Chalybes populi
durissimi: & in
fabricandis armis
aptissimi.

Assyria
Thermodoon
amnis.
Amaçones

Sinopea ciuitas.
Hic crySTALLŪ cedit
purissimū: & las-
pis inuenitur.
Iris & Halys flu-
mina.

Paphlagonēs
Mariandynorum
regio.
De cane tricipiti

Bithynia regio

Tum uero Assyria sequitur: quam Thermo-
doon amnis a monte delapsus armeno perla-
bitur: atq; inde usq; ad Amaçones celeri statū
proripitur cursu: quem quidē ferunt fugien-
tem olim a Sopida Sinopem iussu Iouis: qui
illam deperiens inuitam a patria sumouerat
in eius prope finibus excepisse: atq; illis con-
tinue deplorandi parentum absentiam locum
benigne tradidisse. In quo postea ipsa ciuita-
tem ab se conditā suo nomine Sinopeam ap-
pellauit. Circa uero ipsius fluminis ripas cry-
stallum ceditur: candidissimū quidem ac pu-
rissimum quasi glacies. Ibiq; inuenitur & las-
pis. Nec longe admodū Iris quoq; & Halys
dilabentibus: uniuersam illam regionem irri-
riguam & amœnam reddunt. Verū uterq; a
monte Armeno: unde oriunt̄ ad boreā uersi:
Carambidos prope collem lambūt. His pro-
ximi sunt Paphlagonēs adiecti maxime litto-
ribus: Tum etiam sacra illa Mariandynorum
regio: ubi dicunt rabidum illum quondam &
tricipitem canem: quem ab inferno dite ere-
ptum magnanimi Herculis manus deuicit:
spumofum quoddam uirus euomisse: quod
uniuersam illam regionem infecit. Verū his
proxima est Bithynia: leta quidem regio atq;

omni referta ubertate : quam Rhebas amnis
 amoenissimus gratissimis perfundit aquis do-
 nec in pontum iuxta conciderit : quibus nec
 ullus est ceteris i terris amnis iocundior : neq;
 qui magis ad uoluptate delectationemq; con-
 spicitur. He sunt igitur gentes & populi illi :
 qui ut dixi occidentalem ponti partem inha-
 bitant. Ille uero alie de quibus antea dixeram
 Scythice sunt atq; ad boream coniecte. Nunc
 uero mihi dicendu erit de tertia eiusde Asię
 parte: que & maritima est & ad austrum con-
 spicit: atq; cum in hellespontum proficiscen-
 tibus iter ostendat : meridionalem in primis
 ad Aegeu mare aperit cursum : ac usq; in Sy-
 riam & Arabiam protenditur. Chalcedones
 igitur primi se ad hostium offerunt e regione
 ad Biantiu intuentes. Quibus propinqui sut
 Bebryces & montes Mysie: ex qbus Cius am-
 nis iocundissimas aquas effundit: ubi dicitur
 Nymphas olim Hylam rapuisse magni tum
 Herculis insignem ministru. Inde uero ma-
 gnus quida minoris Phrygie tractus in hel-
 lespontum usq; distenditur: Altera autem in-
 terius sita est longe amplior prope Sangarij
 flumen. Hec enim que amplior est ad oriente
 uersa ferax admodum pabulo est: & equoru

Rhebas amnis

De tertia parte Asię.

Chalcedones

Bebryces
Montes Mysie
Cius amnis
Ce raptu Hyle

Flumen Sangarij

Ilion ciuitas

Xanthus fluuius

Aeolia

Iones populi

Meander amnis

Miletus & Prienes

Ephesus Dianę
dedicata.

De tēplo ab Ama-
çonibus super
trunco ulmi cō-
dito.

Meonia

Tmolus mons

Pactolus fluuius

arenas aureas

habens. (tant.

Hic cygni decan-

gregibus copiosa. Altera uero quę ad occiden-
tem spectat sub gloriosissime Idę pedibus cō-
spicitur habens ad latus illam uentosam & se-
pius decantatā Ilion ciuitatē olim amplissimā
& maximoz heroum procreatricē: quā ferūt
a Neptuno & ab Apolline conditā extitisse:
sed postea dirreptā & euersam Palladis ac Iu-
nonis consilijs: sitā prope Xanthi & Idei Si-
meontis undas. Huic uero adiacet Aeolia su-
pra Hellespōtū ad Aegei maris latera: in qua
& Iones positi & Meander amnis illustris p
mediū mollibus dilabēs undis: Miletū quoq;
& spaciosam Prienē secat: quarū quidē quod
intermediū est: quodq; magis ad boream uer-
gitur: totum Ephesus maritima tenet: ciuitas
quondam Dianę sagittiferę dedicata: ubi fe-
runt amaçones olim super ulmi cuiusdā trun-
co templum mirabilis artificij condidisse: pe-
perisseq; ob id admirationem & stuporē cun-
ctis gentibus & seculis. Verū his proxima est
Meonia ad orientem sita: sub altissima Tmoli
montis rupe. ex qua Pactolus amnis fluens
arenis aureis splendidiorē patriam reddit.
In cuius ripis cum uer aduenerit: tanta conti-
nue cum modulatione decantantes cygni au-
diuntur: qui passim per undas errantes ī ripis

depascunt: ut nihil iocundius possit audiri: cum circa ripas illius quotidie magis pabulamenta concresecunt: & etiam emanat Enister: ac iocundissimis undis per regionem ipsam passim diffunditur. Mulieres quoque perpulchras parit: que non nunquam de more succincte deaurata ad lumbos conam inter se circum exultant mirabiles in gyrum choreas ducentes: cum potissimum choros & stationes Dionysio facere singulis annis consueverunt: ubi admixte florentis etatis puellae: tanquam lasciuientes capreoli inter se saltitant & colludunt: pariuntque intersaltandum non mediocrem spectantibus uoluptatem: cum & comota a uentis paludameta & saltandi ordo uideantur sonitum quendam haud iniocundum efficere: qui audientium mentes quam maxime afficiebat. Sed hec lidijs hominibus omittamus: quotum studium est: ut cum uoluptuosam sortiti sint regionem: uoluptatibus etiam ipsis uacent: neque a patrie moribus aut natura degenerent. At Licij deinde uicina & ipsi littora tenent: ubi potissimum Xanthus perlabitur: ac Taurus mons iam usque in pamphyliam declinare paulatim incipit: ac eius nomen mutare / ut non amplius Taurus sed Cragus appelletur:

Enister fluuius

De pulchris mulieribus & de ipsarum ritu in ducendis choreis.

Licij

Cragus mons

Corycus. Perge
& Phaselis ciui-
tates.

Lycaones sagittan-
di arte periti &
bello prompti.

Pisidei populi
Termesus. Lyrbe
& Selge ciuitates

Cilices

Pyramus. Pinarius
& Cydnus flu-
mina.

ubi oppidum quoq; conspicitur ad Eurime-
dontis flumen positū. In quo quidā oppidani
cum uenerem colant: eam placare porcorum
sanguine ac huiusmodi occisionibus consue-
uerunt. Tū uero Pamphylię ciuitates sequūt
Corycus scilicet & Perge & que uentis maxi-
me est subiecta Phaselis: quarum intermediū
ad orientē uersus Lycaones positi uiri & ipsi
ad bella prompti & sagittandi usu peritissimi
Quibus admoti sunt Pisidei: quorum hę sunt
přecipue ciuitates Termesus Lyrbe & Selge:
quam ferunt quondā fuisse ab Amycleis con-
ditam. Inde uero cum ad orientem uersus in-
gyrum & circularem formā inflectatur mare:
quicquid terrę spacij inheret pari etiā nimirū
inflectitur forma: fitq; ob eam rem nō multo
ab Euxino remotum. In eo enim sinu siti sunt
Cilices uerū admodū ad ortū solis. Sed eum
sinum ueteres angustias Asię uocauerunt. Ipsa
enim regio multis přecipue fluminibus irri-
gatur haud in ea quidē exortis patria: sed que
a longe profecta influxerunt: Quorū tres ce-
teris přestant: Pyramus Pinarius & Cydnus:
qui unus mediam per Tarsum dilabens ciui-
tatē illam multis clarissimis edificijs insignem
amcēnissimis undis intersecat: ubi quondam

ferunt Pegaseum illum decantatissimū equū ungu-
lam reliquisse / & ab ea ciuitatē Tarionem
appellatam: ubi dicūt etiam Bellerophontem
ipsum ab eo desiccatum & ad Iouem profectū
clarissimum eum locum fecisse: in quo ab ho-
minibus semotus diu antea uictitarat. Multę
deinde alię Cilicię ipsius ciuitates sparsim cō-
spiciuntur / ex quibus & Lyrnessus est & Ma-
los & Soli ad mare coniectę. Extant & alię q̄
multę quę partim intra continentem sūt sitę:
partim etiam littora occupāt. Comagena de-
inde his admota est regio & Syrię ciuitates:
spaciosa quidē & ampla & ad maris usq; lit-
tora deflexa: sed eius tractus qui est ad occi-
dentē uersus: ad usq; montis Casij pedes pro-
tenditur. Si quis enim huius situm & formā
recte perceperit: reliquas etiā Asię partes fa-
cile poterit studio & diligentia percipere. Nā
eius forma cum ex quattuor constet angulis:
qui ad orientem est tractus: ceteros nimirum
excedit multitudine. Diximus enī uniuersam
Asiam bifariam diuisam atq; usq; ad Indum
montem porrigi: qui quidem mons unus est
ipsius terminus ex eo potissimū latere: quod
magis ad boream uergitur: & Nilus alter ex
eo quod uertitur ad occidentē. Reliquus uero

Vbi equus Pega-
seus reliquit un-
gulam.

De Bellerophonte

Lyrnessus & Ma-
los ciuitates.

Comagena regio

Mons Casius

Mons Libanus

Syrj.

Phœnices primi
nauibus tenta-
runt mare.

De laudibus Phœ-
nicum.

oceanus ipse: qui indicus appellat̄ ab ea parte.
que ad orientē spectat terminariq; ad austrū
mari rubro. At Syria ipsa de qua dicebamus
cum intra illius prope uiscera sit iniecta atq;
ad austrum uersus & ad orientem mare attin-
gat: multas sparsim eo uersus ciuitates habet:
quam quidē partem quoniā humilis est atq;
depressa duobusq; altissimis uallata mōtibus:
ab occidente quidē Casio. & ab oriente Liba-
no: illam incolę sua lingua uallem appellant:
que quidē quoniā & aptior uisa omnibus fuit
& feratior ad producendas fruges: tum etiam
longe ceteris ad enauigandū cōmodior: multi
ex ea regione qui potētia & diuitijs pollebāt:
eum locū sibi ad habitandū delegerunt: ciui-
tatesq; & oppida sibi condiderunt: uarijsq; in-
ter se nominibus distinxerūt. Nam qui intra
magis continentem loca sūt sortiti: uno uoca-
bulo Syrj sūt appellati. Qui uero ad mare di-
uerterūt Phœnices: qui quondā ab Erytheris
profecti primi fuisse dicūt qui mare nauibus
pertentarint: primi etiā qui cœperunt hunc
mercandi usum: quo homines ad cupiditatē
& auaritiā excitarēt: qui ue primi cęli ac stel-
larū cursū omniūq; supernorū motuum stu-
dio & ingenij magnitudine cōprehenderint.

Hi enī sunt qui Ioppem & Gaçam & Elicidē incolunt: qui ue Tyrū illā perpulchrā & ueterem ciuitatē habuere ab initio. q. conditam. Tum & qui maritimā Byblon & uentosam Sidonē condidere ad Bostreni placidissimi fluminis ripas: qui Tripolim & Orthosidem & Marathon & quę ad mare coniecta est Laodice tenent ciuitatem olim ut dicit a Neptuno conditā: in qua & Daphne oblectabatur: & qui demū Apamiā ipsam inhabitant infra continentē: unde Orontes amnis ad orientem uersus Antiochiā quoq; per mediū secat. At uniuersa Syria omni prorsus ubertate referta est: & ad alenda pecora pascuis & frugibus copiosa: Cuius ad interiora: quę magis ad austrū conspiciunt extremus aditus situs est Arabici maris. Quod qdē mediū interluit Arabię scilicet & Syrię ipsius fines / paulatim cōtinueq; se ad orientē uertens ptingit Elanos: ubi preciosissimā omniū regionē Arabes tenēt. Ipsa enī altior est & gemino pcingit mari / Persico scilicet & Arabico: & gemino quoq; agit uēto Arabicū enī çephyrū deposcit. Persicū uero eorum. Sed quę ipsius arabię pars ad orientē & austrū spectat: rubro quoq; abluitur mari. Dicam igitur de hac regione quippiam: cum

Ioppes. Gaça.
 Elicides. Tyrus
 Byblon. & Sidon
 uentosa.
 Bostrenus fluuius
 Tripolis. Orthosides. Marathon.
 Laodex ciuitas a Neptuno cōdita.
 Apamia.
 Orontes amnis
 Antiochiam secat.
 Mare arabicum
 Elani
 Arabes

De Thymiamate
& Myrrha.

De ortu Dionysij
Iouis filij.

De molli uellere
ouiu Arabie.
De pisciu copia

De Dionysio post
q̄ creuit etate.

gentes habeat quarum potentiam & diuitias
cetera omnes admirant̄ obstupescuntq; copia
& ubertatem. Nec illud pretermittam : q; cū
plurimū sacris oblectetur : nulla est sui pars
que nō tota fragret thymiamate aut myrrha :
aut redolentibus calamis que passim iniecta
ignibus aduruntur. Quis non crederet illud
uerissimū esse : quod dicit̄ Iouem scilicet pa-
trem illum Dionysiu eius filium ab occluso
mattis femore dissoluisse : & ad nascentis fe-
stiuitatem uniuersam illam implese regionē
huiusmodi tam suauissimis odoribus? Atq;
eas oues : quibus nūc exuberat Arabia : huius-
modi nostrā tum primū cōsecutas esse / ut tam
densis ac tam mollibus uelleribus interpa-
scendū cōtinuo uestirent̄ : & lacus ipsas tantis
aquis ac tanta pisciu multitudine & uarietate
replerent̄? Totq; aues deserta reliquisse : atq;
illuc ingruisse secum afferentes preciosi illius
cinnamomi ramos : quibus nūc uniuersa pe-
ne nimia copia & ubertate diffūdat? Adde q;
& ipse Dionysius postq̄ natus creuit etate ca-
preoli pellib; indutus ac obauctus comas he-
dera implicitusq; pāpinis & p̄potus abunde
mero / totā circuibat regionē : multasq; undiq;
pfundens opes / nō elargiri diuitias uidebat :

sed feminare: quo fructus pareret nulla unquam
 etate perituros. Ideoque ipsa regio tantis hucusque
 floruisse muneribus dicitur: ut eius montes
 aurum pariant: & flumina conuehant argentum:
 eorumque ripes thymiamate & fragrantibus her-
 bis redolent: atque qui ibi uictitant/ maximas
 possident opes: neque induunt nisi paludamentis
 aureis aut sericis quam mollissimis. Verum qui pri-
 mam Libani montis frontem tenent: ipsi sunt
 qui Nabatheii sunt appellati. Qui autem illis
 adherent/ Calbasij & Agrees: ac deinde Cha-
 tramis tellus conspicitur e conspectu perfidis.
 Sed ad latus rubri maris Minei tenent & Sabae:
 & iuxta eos Cletabei. Et haec sunt omnes gen-
 tes quae Arabiam colunt: quas commemoratione
 aliqua dignas iudicaui: Sed tamen & aliae
 complures/ sed siluestres quidem & ignobiles:
 neque inter Arabes studio aliquo aut moribus
 aut disciplina connumerandae. Nam ad cephyrum
 uersus prope Arabiae ipsius extrema/ Erembi
 tenent: robustissimum quidem hominum genus
 agreste: qui montana illa colentes/ intra tan-
 tum specus & praerupta saxa inhabitant: nudi
 prorsus neque quicquam felicitatis humanae possi-
 dentes: sed desiccata nimia uiuendi asperitate
 nigrum colorem & adustam cutem contraxere.

Arabiae montes &
 flumina aurum
 pariunt.

Nabatheii. Calba-
 sij. & Agrees po-
 puli.

Chatramis tellus
 Minei
 Sabae. & Cletabei

Erembi nudi ince-
 dunt.

De moribus &
 uita ipsorum.

Cappadoces pre-
stantissimi in arte
equitandi.

Assyrij.

Euphrates amnis
clarissimus ex
monte Armeno
oritur.

Babylon
Theredones ciui-
tas.

Tigris fluuius
omniū celerri-
mus.

Et si mali aut aduersi quippiam superuenerit
nō arma capiunt: nō sagittas: nō tela ut ceteri
sed tanq̄ ferē per colles discurrentes uagiq; ac
deuij q̄si insani circūfugiūt: haud quaq; reli-
quis Arabibus similes: quos tot ac tantis mu-
neribus natura dotauit. Verū ab alio Libani
latere quod ad orientē spectat altera pars Sy-
rię aperitur: quę usq; ad Sinopem maritimam
extendit. In cuius medio Cappadoces sūt siti:
homines sane qui ob equorum copiam & as-
siduam in eis exercitationē continuūq; equi-
tandi usum prestantissimi in ea re iudicantur.
Assyrij uero ad mare positi / Thermodontis
hostia obseruāt: ex quorum montibus / & qui
potissimum ad orientē conspiciunt: Euphra-
tes amnis clarissimus erumpit: a mōte primū
Armeno demissus: Sed cum ex illis Assyrię
collibus longo discursu in austrum conuertat̄
ac deinde aduersus solem in flexus mediā in-
undet Babylonem: postremo ciuitatem The-
redonem lambens in persicū mare celeri cur-
su dilabit̄. Nec multo ad orientis oram effluit
Tigris: qui neq; minor est Euphrate: neq; a
quouis alio celeritate uincit̄. Nam tanta pro-
ripitur uelocitate: ut una die tantū peragat iti-
neris: quantū uir acer possit & uelox p̄ septē

discurrere. Nec multo post illius decursum cū planiciem quandā perlatā offendat: q̄si fessus itinere ac tanq̄ qui cuperet a cursu paululum conuiescere: in quandā globeā & circularē lacunā cōtrahit: quā Thomitidā uicini uocāt. Nec ibi tamen diu cōquiescit: sed q̄si a somno excitaret: tēderetq; eius ignauie: repente exurgens longe adhuc ardentiori cursu proripitur. Quę autē inter Euphratem & Tigrim terra media est: ea Mesopotamia a grecis est appellata: quę p̄fecto est huiusmodi ut nullus unq̄ pastor: neq; qui cornipedem Pana fistula decantat: posset regionē illā aliqua ī parte criminari: q̄ ad pascenda pecora letissima pascua nō afferat. Nec etiam ullus tam solers plantator illius nascentis in siluis fructus incusabit: q̄ & uarietate & multitudine & suauitate nō prestēt: cū tanta sit ī ea rerū omniū nascētū copia: atq; ī augēdis herbis ac p̄ducēdis frugibus ubertas: ut eam regionē beatā & felicē ac dijs ipsis gratissimā estimarent. Quę uero huic p̄xima est ad boreā uersus: & ipsa uberrima est: eam Armenij & matrē tenēt e conspectu Euphratis positi: uiri ipsi bellicosi & pugnaces militariq; disciplina eruditi: tum etiā opib; & diuitiaz copia apprime pollētes.

Thomitida lacuna

Mesopotamia est media inter Tigrim & Euphratem flumina.

De laudibus Mesopotamie.

Armenij populi bellicosi.

Vbi sita est Baby-
lon.

Semiramis muris
circumcinxit Ba-
bylonem.

De laudibus Ba-
byloniæ.

Vbi nascuntur palme

Hic oritur Berillus

Cissi.

Massabateæ & Cha-
loniæ populi

Mardi & Atrapa-
tini populi.

De Heriona mu-
liere filia regis
Oste: quæ Pan-
dionida filiū ue-
nenis interfecit.

Verum ad Austrum sita est Babylon de qua
dixi: quam ferunt Semiramim Medorum re-
ginam: cum bello antea regionem deuicisset:
delectatam situ & locorum amœnitate inex-
pugnabili muro circumcinxisse: atq; intra ci-
uitatis ipsius arces / mirabiles e-des suo bello
confecisse: quas undiq; auro & candidissimo
ebore: ac argēto purissimo elaborarat: Regio
etiam ipsa insignis admodū est & ferax. Pal-
mas parit suauissimos præ ceteris ferentes fru-
ctus. Parit & Berillū qui glaucei est coloris:
ac longe preciosior auro. Nascitur etiam circa
uerticem Ophietidos collis. Verū supra Ba-
bylonem ad boream uersus Cissi tenent. Tū
etiā & Massabateæ & Chalonitæ. Sed ad mon-
tes armenos uersus qui ad orientem spectant:
adiacent Medorum tempea: quorum qui ad
boream sunt uersi: Gelos appellant. Assistūt
quoq; Mardi & Atrapatini. Ad austrum uero
quicumq; ex ipsis Medis præ ceteris floruerūt
tenent: qui ue ibi imperium sibi & ciuitates
condiderunt: eosq; ferunt quondam ex illu-
stri progenitos genere fuisse Herionæ mulie-
ris illius: quæ ex Osta integerrimo rege nata
Pandionida filium apud Ilisij fluminis ripas
uenenis interfecerat: Qua quidem ex re cum

ipsa pudore afficeret : inde aufugiens ad eam demum regionē peruenit: quę eodem est nomine appellata: haud tamē procul a Colchis: neq; unq̄ ausa est ob id sceleris patriā repetere: neq; parentū conspiciere lachrymātes oculos: cū admodū formidaret eorū iram. Ideoq; homines illi maxime adhuc magicis artibus & diris ueneficijs utuntur. Amplissimā enim regionem colunt : & quidē multi montes tenent : ex quibus maxime oritur Narcissites : Alij potius planiciem colentes irrigua pascua & leta prędia sibi delegerunt onusta passim multifariam pecorum gregibus : donec peruenitur ad portas Caspias : quę ad orientem spectant: atq; sub altissimis iniectę montibus aditus aperiūt proficiscentibus in boream & in austrum. Nam una quidē uia hyrcana petitur: altera uero mōtes Persię : ueq; sub ipsis prope pedibus Parthi tenent: genus hominū bellicosissimū & sagittandi usu solertissimū: de quibus pauca dicere haud importunū iudicauī. Sunt enim eiusmodi ut nunq̄ effodere aut arare tellurem : aut quouis alio modo colere didicerint: Neq; nauigādo ad alienas urbes/aut mercando sibi quas habent opes conquisierint : neq; sunt qui inter eos armenta

Hic sunt homines qui magica arte & diris ueneficijs utuntur. Hic oritur Narcissites.

Portę Caspię

Via hyrcana Montes Persię Parthi sagittandi arte periti & bellicosi.

De uita & mori-
bus Parthorum.

Parthi a romano
imperatore deui-
cti.

Parthi Meoniã &
Sardiniã sunt de-
populati.

Parthi aureis armis
in bello ufi sunt.

sequantur: aut greges alant: Sed cum primũ
per etatem possunt: aut arcum manu contor-
quent & sagittandi studio conteruntur: aut
pedum cursu & equitationibus continuis ex-
ercitati / mirabilem ad id sibi artem & disci-
plinam efficiunt. Semper enim ea regio iacu-
lationibus & confractis lanceis & sagittandi
ictibus stridet: Semper concursus equitum
inter se concertantium passim auditur: neq;
ulli fas est cœnã adire: nisi prius certandi la-
bore totũ illius corpus in sudorem defluerit.
Alunt maxime uenationibus: quas aut iacu-
lando consequuntur aut sagittando: qui licet ob
eam disciplinã & acerrimos mores insuper-
biles esse uiderentur: a romano tamẽ imperatore
deuicti fascibus obtemperare sunt coacti. Dicã
nũc in quot hominũ genera regio illa distin-
cta sit: quibusue fluminibus irrigetur: ac demũ
quibus intercيدات montibus. Soli enim sunt qui
regiam dignitatẽ dicuntur obtinere: Soli etiam
qui ceteris dignitate & potetia prestãt: postq̃
Meoniam & Sardiniam fuerunt depopulati.
Deinceps enim sunt aureis armis in bello ufi:
eorũq; equos aureis frenis & phaleris argen-
teisq; calcris exornarunt: cũ tantã huiusmodi
rerum copiam ex ea uictoria conuexerint: ut

effluere diuitijs undiq; uiderent. Verū Persia ipsa tota altissimis uallat montibus initiū capiens a portis (ut dixi) Caspijs: qua iter in austrum atq; usq; ad mare protenditur: quod ab ea Persicum est appellatum. Tribus autē potissimū partibus est habitata. Nam quidā sūt in septentrionem uersi ad extremaq; coniecti adherentesq; umbrosis montibus Medorum, quidam in medio positi: qui mediterraneam regionem occupant: alij e regione ad austrum qui usq; ad mare quod dixi Persicum extenduntur. Primi enim sunt Sabę: quibus Passagardę & Tasci & pleriq; alij adiacent: quorū regionē multi abluunt amnes sinuosis undiq; meatibus decurrentes. Ex una enī parte Corus dilabitur: atq; ex alia Choaspes: qui cum ab Indo exeat flumine/ Susam ciuitatem irrigans Achatem lapidem inter eius arenas instar cylindri cuiusdam prostratum ac lacteum ostendit: quem ex propinquis montibus torrens ad planiciem contraxerat. Fructus ibi ob temperatum aerem semper uirent. At nunc de reliquo Asię tractu dicendum erit: qui ad orientē uersus uniuersū illius deinceps limitem ac finē perficiet. Circa igit̃ maris persici littora eam partē uersus qua orit̃ sol Carmani

Persia a portis
Caspijs initium
sumit.

Sabę. Passagardę
& Tasci.

Corus fluuius
Choaspes fluuius
ab Indo exit.

Susa ciuitas
Achates lapis

Hic semper uirent
fructus

Carmani

Gedrossi

De ortu Indi
fluminis.

Patalenes insula

Orite & Erabes
populi.

Arachote

Satraide

Arieni

Hoc loco Coralij
passim nascunt.

Saphiree cruste

insidentes haud longe a Perside regionē bi-
fariam sortiti sunt. Nā ex eis quidā se ad ma-
ris littora contulere. quidā maritima contem-
nentes intra continentem prę cęteris loca de-
legerunt. Ex his enim Gedrossi ad orientem
uersi uicini sunt oceano: qui etiā Scythis illis
adherēt quos dixi ad austrū uersus iuxta Indū
flumen quod duplici hostio e regione in ru-
brum dilabit mare: Vex anteq̄ in mare cōci-
dat multa percurrens oppida & regiones lon-
gum quendā & inflexū limitē pererrat. Oriē
enī ex monte Caucaſo ad septētrionē uersus:
sed in austrū se inflectens Patalenem insulā
gemino complectit̄ brachio: ac deinde ad oc-
cidentem cū intorqueat cursū; Oritas & Era-
bes fecat: & qui linea paludamēta induuntur
Arachotas; Tum etiā Satraidas ipsos perlabit̄
ac eos omnes qui ppe incolūt Parpauſi fauces
quos omnes uno uocabulo Arienos uocant.
Hi enim siluestrē admodū & incultā regionē
tenēt: cū arenosa sit: nec ulli prorsus apta cul-
tui: uerūtāmē que satis habeat ex sui natura &
excellentissimo quodā & singulari munere.
Nā ubiq; Coralij lapides exoriūt: & ex mon-
tiū uenis qui eam muniūt regionē Saphiree
ceduntur cruste flauī quidem & fulci coloris.

Ad orientē uero sita est India regio sane licet
omniū extrema iocundissima tamē & in ipsis
oceanī labris sita : quam sol cū primū incipit
emergere: atq; ab oceano caput extollere: pri-
mam esse ferunt quē illius radijs incendit &
propterea nigros homines & crassos a natura
procreare. Comas ferūt densissimas haud dis-
similes hiacyntho. Sed quoniā ex plerisq; lo-
cis aurū eruitur: multi ex eis inde quēstū au-
cupant: alij telas lineas contexunt: alij sectos
elephantū dentes abradunt: alij per fluminū
decursus incedentes perquirunt: si qua inter
arenas lucefceret berillus aut adamas aut forte
quispiā iaspis: aut si qua glaucea Topalus oc-
curreret: aut incideret forte ī purpureā quan-
dam & sanguini similē Amethistū. Hęc sunt
enim potissima illorū studia : cū uniuersa illa
regio perfusa sit perpetuis fluminibus : quē
huiusmodi opibus diuitem & pollentē patriā
reddunt. Sunt & horti ibi & arua perpulchra
& lęta: que uniuersū semper p annū uirent :
in quibus partim nascit̄ miliū : partim exur-
gunt siluę / semper rubris calamis frondentes
At modo mihi dicendū erit de ipsius forma
& situ : quibus ue fluminibus abluat̄ : quibus
ualletur montibus: & quot demū alat gentes.

33
India regio omniū
extrema sed iocunda.

De qualitate ho-
minū Indię &
eorū moribus &
studijs.

De berillo. adamā-
te. Iaspide. Topa-
lo & Amethisto:
lapidibus precio-
sis.

Descriptio Indie



Onstat enī primū ex quattuor angulis: sed uniuersis omnibus ad suorum triangulorū formā: quorum bases intra se coeant: haud prorsus dissimilē rhombo. Indus uero: de quo dixi: fluuius occidentalem ipsius interluit partē. Ganges uero ad orientem tenet. Caucasus autem mons ad septentrionem uersus atq; ad urfarū occasum. Multi hanc regionē clari & prepotentes uiri coluere: haud quāq; uno ī loco coacti: nec uno appellati nomine: cum quidā ex eis ad unam concesserint partem: & ad aliam alij prout eis & natura ab initio & uoluntas & consuetudo suppeditarit. Nam quidā ad Indum flumē se conuertere: & ipsi quidē Dardanes sunt appellati: qui eam potissimū partem tenent: ubi Hydaspes amnis Acesmam e scopulis fluentem in proprios recipit sinus. Hydaspes enim fluuius est amplissimus & ad nauigandi usū aptissimus: eam occidentalem plagā perlambens: Cui etiā propinqua est Cophes flumē: & eam partem candidissimis undis perfūdit: quos inter Sabę positi sunt: ac etiam Toxili: & Scodri: & deinde Peucaneorum gentes: &

De forma Indie.

Dardanes populi

Hydaspes & Aces-
ma flumina

Cophes flumen.

Sabę. Toxili. &

Scodri populi.

Peucaneorū gentes

qui Dionysium colunt Gargaride: Vbi Hypanis & Megaros aurū uehunt ditissima omnium flumina. Ea enī a monte Hemodo primū exorta: atq; deinde ad Gangetidem plagam uersa: tandem cum ad austrū se flectant prope Colidos insulam: quę oceano abluuntur: in mare dilabūtur. Hęc siquidem insula cū adeo erecta sit ut neq; illuc aues aduolent: $\alpha\omicron\pi\upsilon\iota\sigma$ est a gręcis appellata. Ferunt etiam illam ueneri dedicatam extitisse: & ob id Colidem uocatam. Nec longe ab ea sed ad Gangem uersus alius quidā locus eminet: qui ab incolis sacer iudicatur ob mirabilem quandā rem ibi olim inuectam. Nam dicunt Bacchū illic olim cum fureret confedissee: ibi teneras uitium nebrides: quibus obtekti erant: qui sequebantur: statim in aspides se conuertisse: & in ferrum tyrsos: cincturas uero ac uitium ipsarum capreolos insufflantis dracones mutatos: propterea quia homines illi eius sacra cōtempssissent: atq; horrerent eius mores. Tū uero timore omnes percitos uiam illam primū ab eo Nyseam appellasse: cōstituisseq; ut una cum eorū liberis coronati hēdera sacra conficerēt. Quo factō cum gentes illas subiecisset: montes statim Hemodos cōscendisse:

Gargaride Dionysium colunt.

Hypanis & Megaros flumina aurū uehentia.

Hemodus mons Colidos insula: ad quā aues non uolant ob eius altitudinem.

Sacer locus

Fabula de Baccho

Nyseia uia

Hemodi montes
ubi Bacchus ge-
minas columnas
infixit.

Bacchus & Hercu-
les conterranei

Solus deus nouit
& potest omnia.

ad quorū radices allidit: qui ad orientē spectat
oceanus: ibiq; supra eorū uerticē tanq̄ ad alios
terre fines geminas infixisse colūnas imitatus
eius potissimū cōterraneū Herculē: ac demū
in Ismeni fluminis ripas exultantē descendisse.
Sed hę sunt gentes omnes ac nationes que
terrā ipsam tenēt: & potissimū que potuerūt
aliqua sui excellētia & dignitate ad cognitiō-
nem nostram peruenire. Etsi alias permultas
esse fatear que quoniā uarijs in locis cōstitute
sūt: ac partim circūerrant: nec ullum prorsus
fixum habent locū: partim etiā ignobiles &
obscure: ut etiā sine nomine permāserint: nō
multi tamē faciendos esse iudicaui: Quas neq;
qui omniū conscius esset preter immortalem
deum dicere posse existimaui. Ipse enī solus
est qui nouit omnia: & solus qui potest. Ipse
est qui prima ipsius orbis fundamēta in orbē
coniecit: & īmensi maris aditū & semitā mor-
talibus patefecit: quiq; uite huius cōmodita-
tes omnes: diuitias: dignitates: honores: pre-
stitit. Qui ue sidera discernens unicuiq; quam
uoluit sortem tradidit. Quibusdā enim ut ter-
ram colerent: atq; inde sibi diuitias & opes cō-
pararent: alijs autem ut pelago acti aut pesca-
rentur sibi uictū aut mercimonia cōmutarēt;

alijs ut scientię & philosophię studijs se dede-
 rent: atq; inde honores aucuparent & laudes.
 Multis etiã ut ceteris præessent iuberēt & im-
 perarēt. Ideoq; nō mirandū si homines uariã
 inter se sunt nō solū fortunã sed etiã naturam
 consecuti: cū uidemus regiones & loca eam
 quoq; uarietatē adepta: postq̃ una quidem la-
 cteos homines pariat: alia subalbidos: alia fu-
 scos: alia prorsus adustos: aut similes multis
 floribus: quales generat Assyria. Sic enī statuit
 deus ut homines uarij quoq; ingenij & mul-
 tiformis animi ac industrie: quemadmodū &
 cetera nascerent: atq; ut unusquisq; sua cōten-
 tareť forte. Vos igit̃ o terrę omnes & uos o in-
 sulę quę colitis mare ualete nunc præcor: Va-
 lete uos quoq; o undę oceani: & uos ponti fa-
 cri fluctus: & o fluuij ac & fontes & montes
 peruij ualete & uos quęso. Iam enim uos om-
 nes satis percurri: qui fueratis aliquam inter
 mortales famam aut nomen cōsecuti. Sed deū
 quęso ut pro huiusmodi labore meo aliquam
 retribuatur in posterum gratiam.

Pulchra conclusio.

Impressum est hoc opusculū Venetijs
 per Franciscum renner de Hailbrun.
 .M.CCCC.LXXVIII.

¶ Europeꝝ prouincię

Hibernia britannica
Britannia
Hispania bethica
Hispania lusitania
Hispania taraconensis
Gallia Aquitania
Gallia lugdonensis
Gallia belgica
Gallia narbonensis
Germania magna
Rhetia seu Vindelicia
Norficum
Pannonia superior
Pannonia inferior
Illyricus in qua est
Dalmatia
Italia

111 ¶ Europeꝝ insule

Cyrenus insula. id est
Corfica
Sardinia
Sicilia
Sarmatia in Europa
Taurica cheronnesus
Lasiges Metaneste

Dacia

Myfia superior

Myfia inferior

Thracia

Cheronnesus

Macedonia

Epirus

Achaia

Euboia insula

Peloponnesus

Creta insula. id est Candia

Simul omnes. xxxiii.

¶ Africę prouincię

Mauritania Tinganica

Mauritania Cesariensis

Africa in qua est Numidia

Cyrene seu Pentapolis

Marcarica. Libya. Aegyptus

& Thebais.

Libya interior

Aethiopia interior

Aethiopia que est sub

15: egypto

Simul omnes. viii.


¶ Asię prouincię

Pontus: & Bithynia

| | |
|----------------------------|---------------------------|
| Propria asia in qua est | Carmania deserta. |
| Phrygia | Arabia felix |
| Lycia | Carmania |
| Galatia in qua est Isauria | Hyrkania |
| Paphlagonia in qua est | Margiana |
| Piscidia | Bactriana |
| Cappadocia in qua est par | Sugdiani |
| Cilicia (ua Armenia. | Sacce |
| Sarmatia que est in asia | Scythia intra Imamontem |
| Colchis | Scythia extra Imaumontem |
| Hiberia | Serica |
| Albania | Aria |
| Magna Armenia | Paropanisside |
| | Drangiana |
| | Aracosia |
| ¶ Insule Asię seu prouin | India intra Gangem fluuiū |
| Cyprus insula | India extra Gangem. |
| Syria concaua. Phoenicia | Sine |
| Palestina. Iudea | Taprobana insula |
| Arabia Petrodes | Simul omnes Asię |
| Arabia deserta | prouincię. xliiii. |
| Mesopotamia | |
| Babylonia | |
| Affyria | Simul omnes orbis magnę |
| Media | prouincię octogintaquinę |
| Sufiana | cum quibus connumeratę |
| Persia | etiam parue fiunt. |
| Parthia | |



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a list or a series of entries, though the specific words are not discernible.



yhs
TABVLA OPERIS DIONISII ALEXANDRINI

| A. | B. | C. | C. |
|--------------------------------------|--------------------------------------|---------------------------------------|---------------------------------|
| Asia fol. 3. pag. 3. | Boreas ismaricus 6. | Creta 5. | Carmani 32. |
| Arimaspori gens. 4. | Blemij pop. 9. | Cyrenus 5:15. | Chalibes 24. |
| Ausonia 6. | Britannij 10. | Corsica 5:15. | Comis triceps, 24. |
| Ausoniae gens. 5. | Boia regio un. 10. | Casis mons 6. | Calcedones 25. |
| Adriaticum mare quis uetero pagit 6. | Basterna 11. | Charambu 7. | Cygni ubi na g. tu habitent 25. |
| Aethyopes 9. 8. | Bulimei 13. | Cimmerium Bosphor. 7. | Cragus mons, 26. |
| Asbistij pop. 8. | Bausus 15. | Chartagini edificatio fol. 8. | Casius mons 27. |
| Aegyptus 9. | Baleares 15. | Cyrene urbs bonorum equorum parens 8. | Comagena regio 27. |
| Aegypti et aegyptiorum clausus 9. | Barcelona ciuitas. 15. | Casiodoris rupes 10. | Chathramis 29. |
| Aegypti forma 9. | Britannorum insulae 18. | Celtij pop. 10. | Capadoces 29. |
| Alexandria 9. | Bacchi insulae cultus 18. fol. 19. | Columna a Libe 12. | Cissi 30. |
| Alani pop. 11. | Bithynia regio, 24. | Cempri 12. | Chalomitae 31. |
| Agathyrsi 11. | Bebrices 25. | Crotone urbs 13. | Caspia portus 31. |
| Aldescus fl. 10. | Bellorophon 27. | Calabri un. orti 13. | Corus flu. 32. |
| Adamas ubi orit, 11:33. | Bosphorus flu. 28. | Ceraunij montes 13. | Choaspes fl. 32. |
| Asterius lapis 12. | Babylon 29. | Cadmus, et herminei 13. | Coralij ubi 32. |
| Apeninus mons 12. | Berillus ubi 30:33. | Cephalenorum oppida, 14. | Colidos insula 34. |
| Alex fl. 13. | Bacchi fabula 34. | Corcyra 16. | Darius 11. |
| Arcades pop. 14. | Bacchus et hercules conterranei. 34. | Carpathos 16. | Daces pop. 11. |
| Argiui pop. 14. | | Cyeta 10. | Delphicus Draco, 14. |
| Attica regio 14. | | Cythira 10. | Diomedis insula 16. |
| Achelous 14. | | Caluaria 16. | Delon 17. |
| Aetolia 14. | | Cyprus 17. | Dyados 17. |
| Aolides insulae 15. | Bacchi columnae 34. | Cyclades 17. | Diana templum 20. |
| Agina 17. | | Chelidoniae 17. | Dyonisij columnae 20. |
| Aegeum mare 17. | | Cerenis thasos 17. | Dionisij iouis filij ortus 28. |
| Arnaeones. 21. 24. | | Chios 17. | Dardanes po. 33. |
| Armenus mons 22. 29. | | Colphus 17. | Dyonisius ubi co. litur 34. |
| Assyria 29. 24. | | Chrysia 19. | |
| Asiae tertia pars 25. | | Cetae bosces 19. | |
| Aetolia 25. | | Columnae dionisij, 20. | |
| Arabes 28. | | Columnae herculis. 8. | |
| Apamiae 28. | | Caucasus 21. | |
| Arabiae montes & flu. 29. | | Cimerij, et certij populi 21. | |
| Aurum ubi 29. 34. | | Colchi 22. | |
| Armenij pop. 30. | | Christalu ubi nascit 23. 24. | |
| Achak's lapis 32. | | | |

E

Europa un̄ 3:
 Erembi pop. 8.
 Europe describ. 10.
 Eridanus 10:
 Electru ubi orit. 11:
 Europe altera pars 12.
 Erythra 18.
 Elephanti ubi 19:
 Enochij 22.
 Ephesus Diana dicata 25:
 Erister fl. 26.
 Elani 28.
 Erembi pop. 29.
 Euphratis 29:
 Erabis po. 32:

F

Fretu siculu 5:
 Frons arctis p̄mot. 7.
 Fabula. 16. 34.
 Frigoris mirabilis 10:
 Fentia ubi 21:
 Fructus ubi sep̄ uir̄it 32.

G

Glacialis pontus. 4.
 Getuli 8:
 Garamanici 9.
 Germani 10:
 Geta 11.
 Gerra 11:
 Gadirra 15.
 Gortina 16.
 Ganges flu. 20:
 Gedrossi 32:
 Gargaridæ 34.

H

Herculis columnæ. 8.
 Hiberi pop. 10:
 Heliades phætonis sorores in arbore 11.
 Hellespontus 12.
 Hippota rex 15:
 Hesperidū Julia 18.
 Hibernia 18.
 Homolus mons 23:
 Halys flu. 24:
 Hylæ raphes 25.
 Herion mulier filia regis ostre 30:
 Hyrcana uia 31.
 Hidaspes fl. 33:
 Hypanis fl. 34.
 Hemodus mons 34.
 Herculis et Bacchi conuicti 34.

Japygia 5:
 Italiae principiu 5:
 Illyria 6:
 Issica regio 6:
 Issicu mare 6:
 Ito ubi i boue con:
 uersa 6:
 Iouis templu 10:
 Istrus dictus i Da:
 nubius 11:
 Illirici 13:
 Ida silua 16:
 Ionides 17:
 Ionij pop. 18:
 Icarus 20:
 Iberes pop. 22:
 Iaspis lapis ubi nasci:
 tur 23. 24. 33.
 Iaxarta flu. 23:
 Iris flu. 24:
 Ithon ciuitas, 25:
 Jones pop. 25:
 Indus flu. 32:
 India regio 33.
 Et. 33:

Libia un dicta 3:
 Leucopetra 5:
 Libya 8:
 Lotophagi pop. 8:
 Liburnij pop. 13:
 Lacones 14:
 Lilybaeus 16:
 Liburnides 16:
 Lemnos Iula 17:
 Lesbos 17:
 Leuca 18:
 Licij 26:
 Lycaones 26:
 Libanus mons 27:
 Laodox urbs a nep:
 tulo g dita 28:
 Lapides plurima
 precise 33.
 Locus sacer 34.

Mare Euxinu. 3: 20:
 Mare Caspiu eo:
 Mare hesperu. 4.
 Mare Atlanticu. eo.
 Mare Eoum 4.
 Mare Rubru eo.
 Mare mortuu: eo.
 Mare Saturnu. 4:
 Mare hircanu. eo:
 Mare hibericu 5.
 Massilia eo. 8:
 Mare Galliu 5:
 Mare ligusticu. eo:
 Mare Sardinu eo:
 Mare Tyrrhenu 5:
 Mare adriaticu eo: 3:
 Mare Ionu. eo:
 Mare Siculu 5:
 Mare pbaru. 6.
 Mare sidonu 6.
 Mare Issicu 6:
 Mare aegeu an oes
 periculosu 6:
 Mare Angustu eo:
 Mare Bosphoru eo:
 Moeotis pallas 7:
 Mauritanię columnę 8:
 Massiliae pop. gens eg:
 resis et inculta 8.
 Marmarida 8:
 Melanchlemi 11:
 Misi pop. 12.
 Macedonia 14:
 Maenix 16.
 Minos ubi vgnauit, 16:
 Mare Ageu 17.
 Mauris eo:
 Melas 17.

~~Nilus fl. 9:~~
 Moeote et sauromate
 pop. ex amastomis
 procreati 21.
 Mare Caspium 22. et.
 Marius flu. 23.
 Massageta pop. 23:
 Melitus 25:
 Meonia 25:
 Meander fl. 25:
 Mulieres pulchre,
 ubi 26.
 Mare arabicu 28:
 Mirra & thimiamas
 28:
 Minerij pop. 29.
 Mesopotamia 30.
 Masabatea 30:
 Mardi 30:
 Megaros fl. 34.

N
 Numidae pop. 8.
 Nilus fl. 3.
 Neapolis iter Syris 8.
 Nili ortus 9.
 Nilus alias Syrus dr. 9.
 Negreks 20.
 Nabathiei pop. 29.
 Narcissus ubi 31.
 Nysa uia 34.

P
 Pontus glacialis. 4.
 Pamphylia. 4:6.
 Pachinus mons 5.
 Phaeos et Gortina. 5.
 Palus Maotis 7.
 Pharusij 9.
 Pelei oppidum 10.
 Pallenidis specula 10.
 Pyrrhenei montes 10.
 Phaedon's sorores in
 arborum 10.
 Pyrrheneus mons 12.
 Pannonij 12.
 Penticapes fl. 11.
 Pelasge gentes 12.
 Peloponnesus 14.
 Parnassus 14.
 Phitonis vallis 14.
 Pachynus 15.
 Pelorus 15.
 Plocia 16.
 Phoenicia 17.
 Pamphilia 17:20.
 Phasis flu. 22.
 Paphlagonis 24.
 Prienus 25.
 Pactolus flu. 25.
 Pisidei pop. 26.
 Piramus fl. 26.
 Piranius fl. 26.
 Pegasus equus 26.
 Torophontis 27.
 Phoenices nauis usus
 inuictores 27.
 Piscium copia ubi 28.
 Palma ubi 30.
 Persia montes 31.

O.
 Ogyris 20.
 Oxyus flu. 23.
 Oues arabie 28.

R
 Parthi pop. 31.
 Parthorum montes 31.
 Parthia Romanis
 pdomiti, 31.
 Parthi aureis armis
 utebantur 31.
 Passagarda 32.
 Persia a portis 32.
 Cassijs incipit
 Peucanorum gentes
 33.

R
 Rhenus fl. 11.
 Roma 12.
 Rhodos 16.
 Rhebus 25.

Sa
 Sic
 Sy
 Sicu
 u
 Sa
 Sy
 Sy
 Sa
 Sa
 Sa
 Sa
 Sic
 Si
 Sa
 Sa
 Sa
 Sey
 Ser
 Sa
 Sa
 Sin
 Sa
 Sy
 Sa
 Sa
 Sa

S

T

V

X

11.
12.
16.
25.

Saurromata 3: Tanaïs fl. 3:
 Siculū fretū 5: Tirrhenu a quo ueto
 Syrkis 8: 6. agitatux 6.
 Siculū mare a quo ueto uoleat 6. Tenodius 6:
 Scythae pop. 7:23. Templū lybii dei 8:
 Syrus i. nīlus 9. Thebe cētū portas 9:
 Syenis urbs 9. Templū iouis 10.
 Salus equinus 10: Tritonis lacus 10.
 Sarmatae 11. Tirrhemia 11.
 Samnita pop. 13. Tauri pop. 11:
 Sardinia 15: Thracēs 12:
 Sicilia dicta trinacria Tyberis fl. 12:
 fol. 15: Templū iunonis 13.
 Siracusa 15: Thesalia 14:
 Salamina 17. Tarracōna ciuitas 15.
 Saurromate pop. et Trinacria 15:
 amadonīs 21: Thasos cereris cultrix 17:
 Scythia 21: Tenedo 17:
 Seres pop. 23: Tile 19.
 Saccā pop. 23: Taprobana 19:
 Sugdia kllus 23: Templū Dianę 20.
 Sinopea ciuitas 24: Taurus mons 20:
 Sangaris flu. 25. Tanaïs fl. 21:
 Syrii 27: Tamaritē pop. 22.
 Sabae 29. Tyndarida pop. 22.
 Semiramis Baby: Thermopon 24:
 lonē muris cinxit Templū amadonū 25:
 30: Tmolus mons 25:
 Sabae 32 33: Tyrus 28.
 Saceri locus 34. Tripolis 28.
 Thimiamas et mirrha 28:
 Tigris flu. 29:
 Thomikida 30.
 Topallus lapis 33.

Glyseis patria 16:
 Calcanus lemnius 17.
 Uellus molle ouiu ara:
 bie 28:
 Ueneficia ubi nā ma:
 xime celebrat: 31.
 Via hyrcōna 31.
 Via Nysaea 34.

Xanthus flu. 25:

Z

Zephus flu. 14:
 Zigij pop. 22.

Explicit tabula
 huius operis per
 Alphonsū Pattonū
 collecta.

LAVS DEO




[Faint, illegible handwriting throughout the page, likely bleed-through from the reverse side.]

[Handwritten notes on the left margin, including:]
C. ...
...
...

[Handwritten text at the bottom left:]
L. ...





FOLY
n° 2400

BIBLIOTECA DE CATALUNYA

1001959081



Biblioteca de Catalunya

89

Reg. 501.912

Sig. _____

Jwg. 116-8°

Dionysius de sua orbi